*	P. Bertholet Joannes	Vielsalm (11)	Leodii	26 feb.
*BM	C. Bernard Bartholomaeus	Montensis	Insulis	26 feb.
*BM	P. Ternois Antonius	Tornacensis	Insulis	11 apr.
*BM	P. Lefebvre Jacobus	Glageon (12)	Valencenis	29 apr.
*BM	C. Devaux Joannes	Leodiensis	Duaci	24 mai.
*BM	P. Costenoble Joseph	Duacensis	Duaci	25 aug.
*BM	P. de Flesinel Adrianus	Bethuniensis	Leodii	24 sept.
*BM	P. de Villers Albert	Frévent (13)	Duaci	25 sept.
*BM	P. Cousin Hippolytus	Bethuniensis	Audomari	3 oct.
*BM	P. Lagon Joseph	Cameracensis	Cameraci	11 nov.
*BM	P. Lovage Jacobus	Bondues (14)	Insulis	23 nov.
*BM	P. Leclercq Carolus	Robacensis	Namurci	20 dec.
	1756			
*BM	C. Dubocquet Eugenius	Bersée (15)	Montibus, Coll.	4 jan.
*BM	C. Lampe Petrus	Rolleghem (16)	Luxemburgi	2 apr.
*BM	P. Le Borne Joseph	Cameracensis	Tornaci, Coll.	20 apr.

(1) Solre-le-Châeau (Nord). — (2) Namur. — (3) Pas-de-Calais. — (4) Hainaut. — (5) *al.* Dupont de Castille. — (6) *al.* Forest, paroisse de Bruille-Saint-Amand (Nord). — (7) Hainaut. — (8) Près d'Armentières. — (9) Ce père appartenait à la maison d'Armentières. — (10) Au monastère de Cambron, de l'ordre de Cîteaux, près d'Ath. — (11) Luxembourg. — (12) Nord. — (13) Pas-de-Calais. — (14) Nord. — (15) Nord. — (16) Flandre-Occidentale.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

	NOM	LIEU D'ORIGINE	LIEU DE DÉCÈS	DATE
*BM	P. Coësmans Franciscus	Dionantensis	Tornaci, Coll.	16 mai.
*BM	P. Verly Ludovicus	Montensis	Namurci	29 mai.
* M	C. Delhaisse Eligius	Wavreille (1)	Cameraci	27 jul.
*BM	P. Delattre Hubertus	Duacensis	Leodii	3 aug.
*BM	P. Driaucourt Guilielmus	Cameracensis	Cameraci	27 aug.
*BM	P. Houze Jacobus	Tornacensis	Tornaci, Nov.	7 sept.
*BM	P. de Marne (2) Joan. Bapt.	Duacensis	Leodii	9 sept.
	1757			
*BM	P. Le Cocq Carolus	Insulensis	Insulis	12 jan.
*BM	P. Heymans Rochus	Ell (3)	Luxemburgi	4 feb.
*BM	C. Verriez Jacobus	Lesdain (4)	Tornaci, Nov.	26 apr.
*BM	P. Fyes Nicolaus	Namurcensis	Namurci	25 mai.
*BM	C. Gobert Nicolaus	Duacensis (5)	Valencenis	18 jun.
*BM	P. Battelet Anselmus	Montepabulanus	Cameraci	10 aug.
*BM	P. Lienart Petrus	Esquermes (6)	Dionanti	7 oct.
*BM	P. Soil Joan. Bapt.	Insulensis	Bethuniae	4 nov.
*BM	P. De la Ruelle Gaspar	Duacensis	Tornaci, Coll.	26 dec.
	1758			
M	C. Bauduin Bernardus	Valencenis	Leodii	2 mai.
B M	P. de Béhault Andreas	Dionantensis	Dionanti	15 jul.
B M	P. Bellere Laurentius	Duacensis	Cameraci	2 aug.
B M	C. Richard Aegidius	Rompemelle (7)	Insulis	25 aug.
B M	C. Michel Franciscus	Athensis	Valencenis	18 oct.
B M	P. Busin Hubertus	Mesnil-Saint-Blaise (8)	Luxemburgi	20 oct.
B M	S. Verignon Franciscus	Malbodiensis	Duaci	26 oct.
B M	C. Petit Nicolaus	Ottange (9)	Namurci	27 oct.
B M	P. Weylandt Henricus	Dalheim (10)	Luxemburgi	28 oct.
	1759			
B M	P. Varlet Eligius	Lestrem (11)	Namurci	3 jan.
B M	P. Lenglet Joseph	Castrocameracensis	Montibus, Coll.	3 jan.
B M	P. Maxwell Joannes	Scotus	Duaci, Sem.	5 jan.
B M	P. Marchant Antonius	Biourges (12)	Duaci	23 feb.
B M	P. de Moulin Joseph	Montensis	Cameraci	27 feb.
B M	P. Vin Claudius	Longwy (13)	Insulis	11 apr.

(1) Près de Rochefort (Namur). — (2) *al.* Le Maire de Marne. — (3) Grand-duché de Luxembourg. — (4) Hainaut. — (5) *al.* Gouy-sous-Bellone (*Album novitiorum*). — (6) Près de Lille (Nord). — (7) Luxembourg. — (8) Namur. — (9) Lorraine ; *al.* Autange, agro Trevirensi (*lettre mortuaire*). — (10) Grand-duché de Luxembourg. — (11) Pas-de-Calais. — (12) Luxembourg. — (13) Meurthe-et-Moselle.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

	NOM	LIEU D'ORIGINE	LIEU DE DÉCÈS	DATE
M	P. de Fontaine Philippus	Duacensis	Valencenis	12 apr.
M	P. Romon Joan. Bapt.	Armenterianus	Armenteriae	4 mai.
M	C. Carette Eugenius	Tornacensis	Duaci	7 jun.
M	P. Van Tourout (1) Adrianus	Armenterianus	Bethuniae	21 jun.
M	S. De Croix Andreas	Namurcensis	Audomari	29 jul.
M	P. Schouweiler Petrus	Niederkerschen (2)	Luxemburgi	8 aug.
M	P. Casteele Marcus	Menin (3)	Leodii	18 aug.
M	P. Wannehin Carolus	Insulensis	Namurci	21 aug.
M	P. Prevost Carolus	Arlunensis	Leodii	26 aug.
M	C. Nicole Henricus	Armenterianus	Cameraci	13 sept.
M	P. Ramquin Remigius	Namurcensis	Namurci	28 nov.
M	P. Laloux Theodorus	Waulsort (4)	Cameraci	28 nov.
M	P. Adami Joannes	Luxemburgensis	Namurci	3 dec.
M	C. Smet Martinus	Tornacensis	Tornaci, Nov.	23 dec.
M	P. Enlart Albertus	Audomarensis	Audomari	29 dec.
	1760			
M	P. Desbuissons Joan. Bapt.	Insulensis	Namurci	10 jan.
M	S. de Vigneron Alexander	Jumet (5)	Duaci	14 jan.
M	P. Lochtenbergh Adrianus	Ariensis	Audomari	30 jan.
M	P. Boulenger Jacobus	Cameracensis	Nivellis	14 feb.
M	P. Hudsebaut Hyacinthus	Tornacensis	Tornaci, Coll.	17 feb.
M	P. Buyet Antonius	Tornacensis	Insulis	28 mart.
B	P. Ghesquière Andreas	Tornacensis	Tornaci, Coll.	29 apr.
M	P. Rouzé Antonius	Marcq-en-Baroeul (6)	Armenteriae	5 mai.
M	P. de Fourmestraulx Anton.	Insulensis	Insulis	9 mai.
M	P. Cambier Dominicus	Valencenensis	Cameraci	4 jun
B	P. De Vos Joan. Bapt.	Thiennes (7)	Tornaci, Coll.	10 jun.
M	P. Innes Robertus	Scotus	Duaci, Sem.	21 jun.
M	P. Segon Pancratius	Audomarensis	Audomari	11 jul.
M	P. Cardon Alexius	Insulensis	Tornaci, Nov.	25 jul.
B	C. Dumortier Joan. Bapt.	Blandain (8)	Tornaci, Coll.	15 sept.
M	P. Schouteten Joan. Bapt.	Menin (9)	Insulis	18 sept.
M	P. Vieillevoye (10) Joannes	Thimister (11)	Luxemburgi	26 sept.
M	P. Lemire Joseph	Malbodiensis	Duaci	26 oct.
M	P. Cordonnier Joseph	Insulensis	Montibus, Sem.	7 nov.
M	C. Defaux Calixtus	Cysoing (12)	Cameraci	18 nov.
M	C. Carlier Adrianus	Montignies (13)	Luxemburgi	1 dec.

(1) *al.* Van Thourout. — (2) Grand-duché de Luxembourg; *al.* Bascharage (*lettre mortuaire*). — (3) Flandre-Occidentale. — (4) Namur. — (5) Hainaut. — (6) Nord. — (7) Nord. — (8) Hainaut. — (9) Flandre-Occidentale. — (10) « totius provinciae senior », dit la lettre mortuaire. — (11) Liège. — (12) Nord. — (13) Hainaut.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

	NOM	LIEU D'ORIGINE	LIEU DE DÉCÈS	DATE
	1761			
B	P. Rowez (1) Franciscus	Barbençon (2)	Tornaci, Coll.	12 jan.
B M	C. Trigault Joseph	Cameracensis	Bethuniae	18 jan.
B	P. Harbonnier Ludovicus	Cameracensis	Bethuniae	25 jan.
B M	C. Du Hamel Amandus	Vitry (3)	Valencenis	10 feb.
B M	S. de Vandeul Antonius	Duacensis	Insulis	14 feb.
B M	P. Bettel Nicolaus	Luxemburgensis	Luxemburgi	27 feb.
B M	P. Leclercq Franciscus	Valencenensis	Luxemburgi	7 mart.
B	C. Luriez Carolus	Esne (4)	Valencenis	1 apr.
B M	P. de Famars (5) Carolus	Valencenensis	Valencenis	27 mai.
B M	P. Jubecour Nicolaus	Rouvroy-sur-Othain (6)	Duaci	4 aug.
B M	P. Toussaint Lambertus	Nimbermont (7)	Cameraci	12 aug.
B M	S. Hamilius Christophorus	Luxemburgensis	Tornaci, Nov.	26 aug.
	C. Hauel (8) Robertus	Rincq (9)	Bethuniae	15 sept.
B M	C. Scholer Jacobus	Oberpalen (10)	Luxemburgi	21 oct.
B M	P. Godtschalck Joseph	Armenterianus	Insulis	22 nov.
	1762			
B	P. Blanchet Petrus	Dionantensis	Tornaci, Coll.	25 jan.
B M	P. Detry Lambertus	Marche-les-Dames (11)	Dionanti	26 jan.
B	P. Geoffroy Joan. Bapt.	Longwy (12)	Tornaci, Coll.	2 feb.
B M	P. Fournier Adrianus	Valencenensis	Duaci	17 feb.
B M	P. Lanseart Franc. Xaverius	Atrebas	Valencenis	21 mart.
B M	P. Collard Thomas	Leodiensis	Leodii	29 mart.
B M	P. de le Barre Franciscus	Aubry (13)	Bethuniae	14 apr.
B M	P. Imbona Florentius	Gonnehem (14)	Ariae	19 mai.
B M	P. Romon Alexander	Armenterianus	Montibus, Coll.	17 jun.
M	P. Estienne Franciscus	Limerlé (15)	Dionanti	23 jul.
B M	P. d'Haubersart Joan. Bapt.	Abscon (16)	Montibus, Sem.	3 sept.
B M	P. Meurice Henricus	Villance (17)	Insulis	1 dec.
B M	C. Ghislain Ludovicus	Hollain (18)	Cameraci	27 sept.
	1763			
B M	P. Mullié (19) Michael	Attiches (20)	Cameraci	3 jan.
B M	P. Derenbach Carolus	Derenbach (21)	Luxemburgi	20 jan.

(1) *al.* Rouwez. — (2) Hainaut. — (3) Pas-de-Calais. — (4) Près de Cambrai (Nord). — (5) *al.* Le Hardy de Famars. — (6) Meuse. — (7) Près de Saint-Hubert (Luxembourg). — (8) *al.* Hoel. — (9) Pas-de-Calais. — (10) Grand-duché de Luxembourg. — (11) Namur. — (12) Meurthe-et-Moselle. — (13) Nord ; *al.* Auby, agro Duacensi (Nord). — (14) Pas-de-Calais. — (15) Aux confins du Luxembourg belge et du Grand-duché. — (16) Nord. — (17) Luxembourg. — (18) Hainaut. — (19) *al.* Mullier. — (20) Nord. — (21) Grand-duché de Luxembourg.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

	NOM	LIEU D'ORIGINE	LIEU DE DÉCÈS	DATE
3 M	C. Chantry Claudius	Insulensis (1)	Tornaci, Nov.	30 jan.
3 M	P. Lepers Albertus	Robacensis	Valencenis	7 feb.
3 M	S. Chabert Joseph	Valencenensis	Duaci	8 feb.
B	P. Danis Leopoldus	Namurcensis	Montibus, Coll.	21 feb.
3 M	P. de Fontaine Jacobus	Duacensis	Montibus, Coll.	23 apr.
3 M	P. Barbier Gislenus	Saint-Hilaire (2)	Leodii	1 mai.
3 M	C. Coësmans Joseph	Dionantensis	Luxemburgi	8 mai.
M	P. Colle Henricus	Nassogne (3)	Duaci	22 jul.
	P. Langage Joseph	Bethuniensis	Bethuniae	17 sept.
M	P. Nisramont Nicolaus	Laroche (4)	Tornaci, Nov.	23 dec.

1764

M	P. de Béhault Petrus	Dionantensis	Dionanti	10 jan.
	S. Jussel Franciscus	Amance (5)	Duaci	24 jan.
3 M	N. S. Glendoning Jacobus	Scotus	Tornaci, Nov.	7 mai.
	P. Boileux Franciscus	Cameracensis	Tornaci, Coll.	30 mai.
M	P. Grenet Amatus	Cameracensis	Insulis	7 jun.
3 M	P. de Bressy Albertus	Nivellensis	Nivellis	18 jun.
B	C. Burdine Ignatius	Namurcensis	Tornaci, Coll.	27 jul.
M	P. de Cassal Petrus	Grand-Han (6)	Dionanti	11 aug.
3 M	S. Besse Joseph	Ors (7)	Castrocameraci	28 aug.
	P. Cordier (8) Michael	Quercetanus	Castrocameraci	2 nov.
3 M	P. Dobies Franciscus	Montensis	Malbodii	18 nov.
3 M	C. Delamotte Joan. Bapt.	Fleurbaix (9)	Armenteriae	2 dec.
3 M	C. Rogier Joan. Bapt.	Amandinas (10)	Insulis	27 dec.

1765

B	P. Le Goeul Guilielmus	Saint-Aubert (11)	Tornaci, Nov.	3 mart.
B	P. Commart Joannes	Valencenensis	Insulis	7 mart.
3 M	P. Cauvet Joannes	Courrières (12)	Montibus, Coll.	25 mart.
B	P. Brunel Petrus	Armenterianus	Armenteriae	7 apr.
3 M	P. Desruelles Bernardus	Matagne (13)	Luxemburgi	4 mai.
	P. Dubrulle Philippus	Brebières (14)	in agro Artesiae (15)	30 mai.
	P. Golenvaulx Martinus	Dionantensis	Cinaci (16)	18 jun.
3 M	P. Hobscheidt Joan. Bapt.	Reckingen (17)	Luxemburgi	5 jul.
M	N. S. Franquenelle Dominic.	Duacensis (18)	Tornaci, Nov.	21 sept.

(1) *al.* Guignies (Hainaut). — (2) Pas-de-Calais. — (3) Luxembourg. — (4) Luxembourg. — (5) Meurthe-et-Moselle. — (6) Luxembourg. — (7) Nord. — (8) Il appartenait à la province de France. — (9) Pas-de-Calais. — (10) Saint-Amand (Nord). — (11) Près de Cambrai (Nord). — (12) Pas-de-Calais. — (13) Namur. — (14) Pas-de-Calais. — (15) *al.* Buyssy-les-Baralles. — (16) Ciney (Namur). — (17) Grand-duché de Luxembourg. — (18) *al.* Rimbeaucourt, in agro Duacensi (*lettre mortuaire*).

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

	NOM	LIEU D'ORIGINE	LIEU DE DÉCÈS	DATE
M	P. Rayeur Claudius	Villerupt (1)	Marchiae	17 nov.
M	C. Carboneau Joseph	Valencenensis	Dionanti	5 dec.
M	P. Bauchaux Andreas	Namurcensis	Leodii	8 dec.
M	C. De Rache Philippus	Marquain (2)	Leodii	9 dec.
	1766			
M	P. Creitte Carolus	Theonisvillanus (3)	Hui	2 jan.
M	S. Dulier Godefridus	Nivellensis	Leodii	9 apr.
M	P. Agarant Clemens	Longwy (4)	Montibus	24 jul.
M	C. Deleville Petrus	Ere (5)	Namurci	19 oct.
	P. Febvin Franciscus	Bethuniensis	Tornaci, Nov.	4 nov.
	P. Lepers Petrus	Turquiniensis	Tornaci, Coll.	4 nov.
	P. Minet Ludovicus	Mariaeburgensis (6)	Tornaci, Nov.	20 dec.
	P. Dursen Petrus	Valencenensis	Cameraci	31 dec.
	1767			
	C. Fauveau Philippus	Recourt (7)	Leodii	20 jan.
M	P. Collez Remigius	Jamagne (8)	Leodii	17 feb.
M	P. Bonnair Petrus	Castrocameracensis	Namurci	22 feb.
M	P. Carré Antonius	Bruay (9)	Montibus, Coll.	25 apr.
M	C. Dansette Petrus	Quercetanus (10)	Dionanti	10 jun.
M	P. Ferro Libertus	Saint-Hubert (11)	Aquisgrani (12)	26 jun.
M	P. Broux Carolus	Insulensis	Dionanti	23 aug.
M	P. Richir Joseph	Caroloregiensis (13)	Leodii	16 sept.
M	P. Gonzalez Xaverius	Montensis	Montibus, Coll.	27 oct.
	P. Perrin (14) Carolus	Parisinus	Leodii	3 nov.
	C. Dubois Franciscus	Soignies (15)	Tornaci, Nov.	14 dec.
	P. de Sellier Joseph	Leodiensis	Castrocameraci	29 dec.
	1768			
	P. Picavet Carolus	Rousselart (16)	Insulis	1 jan.
	P. Routh (17) Bernard	Kilkenny (18)	Montibus	18 jan.
M	P. de Stempels Franciscus	La Sarte (19)	Hui	18 jan.
M	C. Boutry Philippus	Armenterianus	Tornaci, Nov.	21 jan.
M	P. Mangin Ignatius	Luxemburgensis	Dionanti	2 feb.
	S. Josse Petrus	Lamouline (20)	Tornaci, Coll.	11 feb.

(*A suivre.*)

(1) Meurthe-et-Moselle. — (2) Hainaut. — (3) Thionville; *al* Villerupt (Meurthe-et-Moselle). — (4) Meurthe-et-Moselle. — (5) Hainaut. — (6) Mariembourg (Namur). — (7) Pas-de-Calais. — (8) Namur. — (9) Près de Béthunes (Pas-de-Calais). — (10) Quesnoy-sur-Deule (Nord). — (11) Luxembourg. — (12) Aix-la-Chapelle. — (13) Charleroi (Hainaut). — (14) De la province de France. — (15) Hainaut. — (16) *al.* Comines (Nord). — (17) De la province de France. — (18) Irlande. — (19) Huy. — (20) Luxembourg.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

L'ILLUSTRE NATION GERMANIQUE A L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN

PAR

Jos. WILS

BIBLIOTHÉCAIRE ADJOINT A L'UNIVERSITÉ

(Suite et fin.)

IV.

INFORMATIO PRO DOMINIS OFFICIALIBUS ET ALIIS NON INFORMATIS INCLYTÆ NATIONIS GERMANICÆ LOVANII DEGENTIS MEMBRIS A PLENO CONVENTU IN VIM STATUTORUM APPROBATA ET RECEPTA, 20 MAJI ANNO 1660, NUNC PERMISSU JLLUSTRISSIMI DOMINI MICHAËLIS ADOLPHI COMITIS AB ALTHAN PRO TEMPORE NATIONIS INCLYTÆ DIRECTORIS, NEC NON DOMINORUM ASSESSORUM, PRÆNOBILIS DOMINI JOANNIS ADOLPHI CONSTATTEN, NOBILIS DOMINI JOANNIS HEIDENRICI HOLTHAUSEN MONASTERIENSIS, WESTPHALUS, PERILLUSTRIS DOMINI FRIDERICI WILHELMI LIBERI BARONIS A LOE EX WISSEN, PERILLUSTRIS DOMINI AMBROSII ALEXANDRI LIBERI BARONIS DE REUSSCHENBERG EX SETTERICH IN HUNC ALBUM NOVUM TRANSCRIPTA.

20 mai 1660.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi.

Nos Director, Assessores, totiusque Inclytæ Nationis Lovanii degentis conventus omnibus Dominis Germanis in futurum Nobis incorporandis, aliisque has litteras visuris salutem in Domino.

Cum majorum nostrorum vestigia sequi et eos pari studio et industriâ adæquare, vel secundùm posse et temporis opportunitatem Antecessorum in nostrum commodum salubriter instituta promovere non solùm non indecorum, sed et justitiæ officium sit; nostri autem insignis memoriæ fundatores, quibus gratias amplissimas debemus et exhibemus, intentione suâ aliquamdiu feliciter potiti fuerint, à paucis tamen annis tam quædam Regulæ in privilegio ab Alma Vniversitate Lovaniensi ad erigendam Bibliothecam impetrato conscriptæ, quàm Statuta à nostris bene memoratis fundatoribus privilegio adjecta in non usum devenire cœperint, et Bibliotheca nostra magis decrescere quàm crescere videretur, nos his et futuris prævenire volentes, cum præmissa protestatione, nos novi quid introducendo contra fundatorum intentionem venire, vel primis eorum statutis in minimo derogare non velle, sed ex

Digitized by Google

Original from
UNIVERSITY OF CALIFORNIA

præsumpta illorum voluntate, imò et expressâ in finali Statutorum puncto nobis datâ licentiâ in primis Statuta in pristinum usum reducere, dein officialibus cuique in specie, et aliis non informatis informationem dare et contra Statuta venientibus convenientem pœnam subjungare censuimus. Amicè itaque rogamus, ne successores nostri hoc institutum, quasi et fundatores de defectu Statutorum reprehendere et de successoribus mala præsumere auderemus, culpare velint. Hoc enim à nostra intentione longè alienum, et solùm adversis exemplis edocti introductos abusus resecare, et per hoc fundationem promovere cupientes, omnia meliora à successoribus nostris speramus, et sub tali commendatione institutum nostrum in aliquot capita distinctum aggredimur.

De ritu et ordine in renovatione Senatûs servando.

Qualiter Senatus eligi debeat, partim prioribus Statutis comprehensum invenitur, partim per consuetudinem laudabilem introductum esse à senioribus nostris intelligimus, reliqua quæ inter sequentia alibi nec scripta habentur nec usitata audiuntur, præsentibus statuimus; ut nimirum conventis omnibus Inclytæ Nationis membris et in loco consueto Monasterii ad Sanctam Gertrudem convenientibus in cubiculo anteriori votum suum ad schedas ad hoc paratas quisque designet et in adhibendo suo judicio hanc normam servet; in Directore stemma, in Assessoribus ætatem, probitatem, ac sincerum candorem, in Syndico fidelitatem, providentiam, rerum in agendo peritiam atque propensum erga Nationem affectum considerando. Si verò in Directoratu duo æqualis Nobilitatis gradu eligendi concurrant, non senior in Natione, uti in aliis casibus Statuta volunt, sed aptior præferatur. De illo etiam quemque monemus, quod si numerus Germanorum admittat duos fratres simul ad Senatum aut illustrioris Nobilitatis Dominum in Directorem et Præfectum ejus in Assessorem non facile assumant, licet hæc publica munera sint, ubi similia attendi non solent, tamen quid nos ad hoc insinuandum moverit, in promptu cuique erit. Per hoc autem DD. Gubernatores ab Assessoratio minimè exclusos, sed omni meliori modo recommendatos manere volumus, ùt qui à suis superioribus ad magis etiam ardua idonei judicati suis salubribus consiliis nostræ Nationi prospiciendi occasionem habeant. His

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

ita perpensis et votis Directoris, Assessoris primi, reliquorum etiam trium cum Syndici et Vice-Syndici distinctè et subscriptione proprii nominis omissâ congregati in cubiculum interius vocentur, ubi pro tempore Senatus suam sessionem capit, Dominus Director resignationem suam insinuat, et per Syndicum vota collegi jubet, dein dictus Dominus Director clarâ voce vota perlegit, ut ab unoquoque ad libitum notari possint, Syndicus autem necessario ea in conspectu Senatûs notare debet. Vti verò circa vota numeranda hactenus servatum est, ea approbando statuimus. Scilicet ut vota pro Directore non numerentur tanquam pro Assessore, multo minùs vota pro Assessore inter vota Directoris misceantur, aliud sit in reliquis, nam vota pro Assessore primo valeant pro Assessore secundo, tertio et quarto. Sed è contra vota pro Assessore secundo, tertio et quarto non numerentur pro Assessore primo, non enim qui pro secundo electus est Assessore, pro primo electus dici potest, sed qui primi votum accipit, et secundo dignum esse ratio dictat, inter reliquos tres Assessores sepositâ graduum disparitate plurimorum votorum ratio habeatur.

Quod si verò duo circa idem officium votis æqualibus certent, id non per sortem, ut factum memoramus, dirimatur, sors enim incapaciorem eligere potest. Damus igitur hoc in casu duo vota Domino Directori jamjam resignaturo, cui non petitis quidam Assessorum suorum votis, sed requisito ex humanitate consilio, ex quâ parte Nationi utilius fore putabunt, addendo secundum votum inæqualitatem facere licebit. Post hæc resignans Senatus à sessione sua recidat, Syndicus omnium aut plurium votis noviter electus recenseat, et Dominus Director, si Director noviter electus præsens sit, ei Album Nationis cum ærarii clavi, quæ parata habeantur, ad manus tradat, et Nationis directionem magno studio commendet. Accedant et præsentes omnes novum Nationis caput porrectâ manu salutent, eique in jussis secundum Statuta enixis obtemperare cum adjuncta gratulatione promittant. Exassessor verò primus ærarii clavem, quam habuit, cum bona officii sui commendatione successori tradat. Non minùs Exsyndicus earum rerum, quæ ad officii sui administrationem pertinent, et ex instructione ejus infrà subjectâ magis apparebunt in bono ordine dispositarum novo Syndico potentiam faciat, et commodum

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

tempus ad eum de omnibus necessariè imò abundanter informandum sibi assignari petat. His peractis novus Senatus, si quid proponendum ei videtur, non in disordine sed sessione priùs capta id faciat, aut conventum in aliud usque tempus dissolvat.

Informatio pro Domino Directore.

Rite et noviter electus Dominus Director, quem informare hic volumus et in plurimis ad Statuta à fundatoribus composita remittimus, successum reliquum fundationis ex libris ad officium Syndici spectantibus postulet, quibus pervolutis, si per non usum Statutorum vel contrariâ consuetudine aliquid irrepsisse viderit, emendare studeat, si quid leve vel circa præsentium firmiorem instaurationem, vel circa alia Nationis negotia occurrat, id secundum proprium arbitrium executore Syndico peragat, si majoris indaginis sit, aut primum Assessorum, qui secunda Directoris manus esse debet, sibi adjungat, aut integro ad Bibliothecæ conclave convocato Senatu de eo deliberet, quæ verò omnium Nationis membrorum consensum requirere videntur, ad ea decidenda conventus omnibus indicatur, ante indictionem verò de proponendis Dominus Director cum Assessoribus colloquium habeat, et quantum fieri potest, ea ad ordinarium trimestrem conventum differat, in præsidendo Dominus Director bonum ordinem servet, et ante omnia utrum locus in Senatu propter aliquorum discessum vacet, advertat, eum per collectionem votorum repleat, quod et de eo quod et de eo Assessore statuimus, qui propter tot privatas fortè occupationes in aliquot ordinariis sive extraordinariis conventibus sui præsentiam non fecit. Sessione itaque captâ et repleta Dominus Director causam convocationis declaret, et si propter diversitatem materiarum molestum sit, per Syndicum proponi mandet. Vt autem DD. Germani supra proposito non raptim respondere cogantur, sed consilio inter se communicato faciliùs in unum consentiant, Dominus Director ipsos ad colloquium admittat aut in ipso sessionis loco, aut in anteriore cubiculo secundum majorem commoditatem faciendum per Syndicum indicat, post tempus aliquod, prout diversitas materiarum requirit, Syndicus se colloquio immisceat, omnium opiniones percipiat, et Senatui ea omnibus præsentibus

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

clarâ voce referat, quibus ita perceptis Dominus Director non facilè à plurium opinione secedat, si verò singulares sententiæ talibus nitentur rationibus, ut vota saniora cum votis majoribus non injustè certare viderentur, causa ipsamet pro majoribus vel senioribus decidendi ex rerum circumstantiis facilitatem præbebit. Porrò volunt fundatores, ut Dominus Director pecuniam ex inscriptionum juribus et aliâ liberalitate in ærarium collectâm et super ordinarias expensas extantem in bonos libros emendos eroget, in quo hunc ordinem commendamus, ut nimirum Dominus Director cum Senatu in primis nostram coeptam intentionem numerum librorum, qui ad omnium Germanorum quotidianum usum in Bibliothecæ conclavi parati manent, bonis et majoris nominis jctis augendo promoveat. Secundo de juris utriusque commentariis, controversistis, juris corporibus et aliis, qui ad ædes Germanorum concedi desiderantur, provideat. Vltimo loco externæ linguæ authores, historicos vel politicos, si horum in Bibliotheca defectus sit, modò bonos, licet paucos procuret, nec quisquam hujus instituti miretur, cum enim authores isti ordinariè in minori folio edantur, et vel plurimum diversæ affectionis admittant, eos secundum suam inclinationem quisque sibi facilè parabit. Ex ærario etiam volunt fundatores Dominis nobis incorporatis, et adversæ fortunæ casu indigentibus mutuum dando subveniri. Quia verò aliqui reperti fuerunt, qui magnæ etiam summæ pecuniam fictum egestatis titulum assignantes ex ærario impetrarunt et in magnum ærarii nostri damnum hactenus non solverunt, unde hac in parte fundatorum pietatem ita limitamus, ut non nisi cum totius Senatûs consensu et captis pignoribus vel fidejussoribus, aut in horum defectum habitâ priùs sufficienti inquisitione et certâ solutionis spe pecunia mutua detur, sed potiùs in bonos libros emendos, ùt diximus, erogetur.

Præterea Dominus Director omnes abusus, qui præter intentionem fundatorum et contra utilitatem Nationis introducuntur, resecare non intermittat, inter quos merendam illam, ad quam aliqui pauci Directores post sui electionem omnes Germanos sub titulo liberalitatis invitare solebant, in specie numeramus. Vnde in posterum Dominus Director nec ipse horum vestigia sequatur, nec ab ullo officialium sub

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

quocunque colorato titulo Nationis nomine similia fieri concedat. Nos enim cujuspiam liberalitati in aliis occasionibus nihil præscribentes, similes actus, quos in manifestum Nationis detrimentum tendere experti sumus, præsentibus vetamus et improbamus.

Cæterum Dominus Director suos clientes ad servanda Statuta diligenter adhortetur, officialium, præsertim Syndici actiones, à quo et augmentum et detrimentum Nationis plurimùm dependet, semper ante oculos habeat, ejus diligentiam, sinceritatem et fidelitatem examinet, ut per eundem æqualitas in libris distribuendis, habito personarum respectu servetur, attendat, in quem finem tempore directoratûs sui conclave Bibliothecæ aliquoties accedat, ibi schedas DD. Germanorum, in quibus concessi libri notati sunt, revideat, etiam libros in instructione syndici infrà expressos, utrùm ad instructionis normam serventur, sæpiùs inspiciat : in summà quæ adhuc à nobis monenda supersunt, suo prudenti judicio adhibito in utilitatem Nationis optimè, quàm potest, disponat.

Informatio pro primo Assessore.

Primus Assessorum, quem alteram Directoris manum supra appellavimus, post maturum Directoris discessum Vice-Director à fundatoribus constitutus est, quod taliter applicamus, ut sive à Directore in conventu valedicente solemniter substituatur, sive ad evitandas conventuum frequentias publica Directoris valedictio intermissa fuerit, quo casu inspectionem à Directore faciendam sine gravamine suppleat, ab indictione verò novæ electionis antè tempus Directoratûs finitum, ut et fundatoribus sic statuentibus obtemperemus, et per frequentem mutationem directoratûs dignitas non vilescat, in quantum non inutile Nationi videtur, abstineat. Cæterùm informationem Domino Directori datam in terminis habilibus sibi applicet.

Informatio reliquorum trium Assessorum.

Tres sequentes Assessores quoad officii dignitatem aut potestatem inter se non differunt, et in hoc Assessor primus plus habet, quòd illi non nisi publicè in conventu substituti Vice-Directoris nomine gaudeant, unde si Director et Assessor

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

primus ambo sui officii tempus non absolverint, neque ob inopinatum discessum vel alia impedimenta in conventu resignaverint, omnes tres simul directoratûs munere fungentur, donec aut unus Vice-Director constitutus, aut una electio eveniat, quæ si aliud necessitas non suadeat, ad suum ordinarium tempus differatur. Præsenti verò Domino Directori vel Vice-Directori bonum consilium nunquam denegent, imò non requisiti, quæ putant in augmentum Nationis venire, Domino Directori insinuent, reliqua ad informationem suam spectantia DD. Assessores partim ex antecedentibus, partim consequentibus capiant.

Instructio Syndici et Vice-Syndici.

Novus Syndicus postquam claves Bibliothecæ, et ærarii tertiam accepit, in quale ordine et Bibliothecæ conclave et officii sui libros servare debeat, ex antecessoris sui oretenus dandâ informatione commodiùs, quàm nos scriptis dare possumus, percipiet. Posito tamen hujus defectu commendamus ipsi in primis Alba Nationis nostræ duo, vetus ut illud sine ulteriore inscriptione in majore Bibliothecæ cista inclusum custodiat ; novum verò quod à nobis sub hodierna sessione prima vice in publicum productum est, pariter et ibidem includat. Si qui DD. Germani inscribendi sint, ad Bibliothecæ conclave eos pro inscriptione invitet, nisi illustrioribus DD. quibus alium locum liberum assignare relinquimus, Bibliothecæ conclave adire molestum sit, quo casu Syndicus Album novum ad ædes vel locum assignatum non sine eodem et antè inscriptionem absolutam recessurus, portavit. Vt autem primo advenientes DD. Germani antecessorum nostrorum nomina, item fundatorum intentionem, et præsertim nostram fundationis restaurationem perlegendi copiam habeant, et exinde majorem erga Inclytam Congregationem nostram affectum capiant, alium librum, quem Albi copiam nominamus, introduximus, qui nihil aliud, quàm in ipso Albo habetur et tenorem præsentis instrumenti inscriptum in se continet. Hanc Albi copiam Syndicus advenientibus et ex jussu Domini Directoris ad inscriptionem invitatis DD. Germanis ad ædes per aliquot dies concedat, et per hoc Album ipsum ab omni maculâ redimatur. Sed et marginalia et variæ rerum aliarum in vetus

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Album factæ inscriptiones illud, ùt videre est, non parum deformarunt. Nos igitur pro similibus prothocollum ab hodierno die incepimus, et in quatuor partes, præmissis suis specialibus Rubricis distinximus. In cujus partem primam inscribet Syndicus omnes membrorum vel solius Senatûs conventus, quidquid in iis actum vel decisum fuerit, item renovationes Senatus et ea, quæ in veteri Albo ad marginem notari solebant. Secundam partem pro Benefactoribus nostris, qui aliquos libros ad Bibliothecam donant, vel quocunque modo liberalitatem erga Nationem nostram exercent, destinavimus. In tertia parte sit Catalogus librorum per alphabethum distinctus, cui libri ex ærario empti subjungantur. Quarta verò et ultima protocolli pars servetur pro iis Germanis, qui hic Lovanii aut studii aut visendarum regionum causâ aliquamdiu morati sunt et inscriptionem illis oblatam ex privatis suis rationibus, quas scrutari nostrum non est, contra spem nostram recusarunt; ne autem hoc quispiam sibi injuriosum putet, præcipimus Syndico, ut absque ulla calumniæ nota, et non nisi prævio Domini Directoris jussu talium Germanorum nomina in dictam protocolli partem ultimam inscribat, et hoc tantùm in eum finem, ut Inclyta Congregatio nostra in omnem evenientem casum de iis etiam Germanis, qui licèt nobis non incorporati aliquamdiu hic Lovanii manserunt, relationem dare possit. Habet itaque Syndicus pro administratione sui officii Nationis Album, librum rationum, librum in quo libri DD. Germanis concessi notantur, item à nobis introductum prothocollum in quatuor partes distinctum, Albi copiam et librum, quem nigrum appellamus, de quo in capitulo ultimo plura dicemus. Cavere autem Syndicum jubemus, ut in prædictum librum nigrum sine speciali Domini Directoris mandato nec quidquam annotet vel inscribat.

Porrò officio huic fundatores adjunxerunt officium Bibliothecarii, cujus curæ est libros inter DD. Germanos distribuere et ad hoc Bibliothecam singulis septimanis semel die nimirum jovis horâ secundâ aperire. Diximus verò suprà respectum personarum haberi debere, quod ita intelligimus, ut inprimis ratio præsentium et præsentium studii habeatur. Secundo quæ disparitas circa inscriptionum jura in fundatione facta est, eadem circa librorum distributionem servetur. Item seniores in

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Natione vel de ea bene meriti aliis præferantur. Quid enim Tyroni juris corpora vel majoris nominis authores? Cur non etiam merita postpositis non merentibus, respicerentur? Noviter tamen advenientes, donec aliquos libros necessarios habeant, aliis omnibus præferantur. Circa quæ fundatores volunt, ut non nisi ad tres menses librorum usus concederetur, quod nos adhibitâ distinctione id taliter interpretamur, nimirum de juris corporibus, eorundem commentariis vel longius studium requirentibus, eos non sensisse, restringimus itaque eorum intentionem ad minora juris opuscula, ad historicos, politicos et externæ linguæ authores, neque iis tres menses, sed plus vel minus secundum authorum diversitatem præscribimus. Hos libros, si qui boni excellentesque sint, et à multis expetantur et desiderentur expedire fas est. Bibliothecarius itaque moneat talium detentores ut ad evitandum aliorum præjudicium lectionem promoveant, et intra tempus à Bibliothecario assignatum referant. Cùm verò per vagantem istam Bibliothecam non omnibus et maximè primò advenientibus et juris studium profundiùs scrutantibus non satis prospectum fuisse putaremus, secundam Bibliothecam quæ ad omnium quotidianum usum in Bibliothecæ conclavi firma et stabilis manebit, erigere incepimus et ex omnibus juris authoribus pro nunc ad Nationem spectantibus, opusculis tamen exclusis, unum exemplar ab eorum usuariis repeti ordinavimus. Quod si id modernus Syndicus ob officii sui brevitatem plenariè forsan adimplere non possit, à successoribus ejus idem fieri commendamus. Hi libri igitur et si qui alii in futurum ex aliquorum liberalitate vel ærarii sumptibus adjungantur, in apertam librorum thecam bono ordine reponantur. Cathalogus eorum duplex fiat, unus includatur, alter omnibus pateat, sitque semper in recenti memoria vel catalogo, subnotetur tomorum numerus, ut si quis forsan contra spem nostram aliquos subtrahere audeat, Bibliothecarius turpitudinem istam eo citiùs advertere et cui aditum defectûs hujus tempore dederit; se reflectere possit. Reliqui libri, qui ad œdes concedi solent, in librorum thecam minorem seu cistam à nobis ad hoc aptatam includantur, ad quam solus Bibliothecarius clavem unicam sibi servet, neque extra tempus, ne de partialitate reprehendi possit, sed semel tantùm in septimanâ, consuetâ nimirum horâ ex ea libros dimittat, ad

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

conclave verò ipsum habebit claves duas, unam sibi perpetuò servandam, et è contra alteram petentibus concedendam, de quibus plura infrà dicemus, officium præterea Bibliothecarii est tam ad ordinarium trimestre sacrum, quàm ad extraordinarios conventus DD. Germanos convocare, quòd si numerus Germanorum magnus sit, grave onus esse non ignoramus, unde licentiam ei damus, ut per famulum conductum et ex ærario nostro solvendum indicere conventum possit, nisi ex humanitate suâ DD. officiales et illustriores personas ipsemet invitare velit. Non ignorabit denique Syndicus, seu Bibliothecarius, quod ad finem cujusque directoratûs expensarum computum facere et officii sui administrationis rationem reddere debeat, unde officio suo ita fungatur, ut post annum à fundatoribus præscriptum cum laude et omnium satisfactione resignare possit. Quod si ita fecerit, persuasum sibi certo habeat, quod Inclyta Natio nostra et quodque ejus membrum in specie labores in tam oneroso officio peractos aliis datis occasionibus recompensare studebit.

Vt autem ad Vice-Syndicum veniamus, hic respectu Syndici se non aliter habet, quàm sicut de Vice-Directore respectu directoratûs suprà diximus, Succedit itaque Syndico in casibus, in quibus Vice-Director Directori succedit, nullis aliis interim negotiis oneratus, adhortamur tamen eum, quatenus Syndico laboribus forsan evenientibus nimium obruto assistentiam denegare non velit.

Informatio pro singulis Nationis nostræ membris.

Quisque nobis incorporatus si fundatorum Statuta perlegit, facile videre potuit fundationem in alium finem non tendere, quàm ut DD. Germani pro exiguis inscriptionis et Bibliothecæ juribus variorum authorum usum et commoditatem haberent. Quare illis ita utantur, ut non abutantur, ut iis qui Germani non sunt vel etiam Germanis nobis non incorporatis non concedant, ut ipsimet inter se propriâ authoritate eos non commutent, neque Syndicus propter varias inconvenientias per brevem manum eos facilè distribuat, sed si qui libros aliquos absolverint vel tempus à Syndico præscriptum effluxerit, ad Bibliothecam horâ consuetâ eos actualiter reportent et

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

alios, si qui sint, sibi dari petant. Quia verò singuli non omnia habere possunt, in subsidium hujus stabilem, ut suprà insinuavimus, Bibliothecam erigere cœpimus, quam si quis accedere velit, clavim à Bibliothecario petat, eo ipso die, quo accipit, restiturus, et solus aut cum aliis nobis incorporatis conclave frequentet. Et prœcipimus nominatim, ut clavis per noctem à nullo nisi Bibliothecario retineatur, prohibemus etiam singulariter, ut nullus nec ipse Bibliothecarius ad brevissimum etiam temporis spatium librum ex stabili hac Bibliotheca ad ædes portare præsumat. Ad alia autem veniendo, non ignotum ex statutis est, quâ pietate nostri fundatores membrorum ex Natione defunctorum animabus trimestre solemne Sacrum instituendo prospexerint. Absentias verò frequentes hactenus advertimus, unde monemus quemque, si et ipse defunctus successorum nostrorum precibus se indignum reddere non velit, ut Sacra indicta diligenter frequentare et terrenas suas occupationes huic pietati postponere non intermittat. Quid enim per annum integrum sunt horæ quatuor ? Sed ab ulteriore exhortatione præscindimus, et ad jura Bibliothecæ transgredimur, quæ in trimestri conventu colligi solent et per consuetudinem introductum audimus, quod similiter approbamus, ut non ampliùs septimanæ, sicut ex libro rationum primitus factum apparet, attendantur, sed solum ordinariorum conventuum ratio habeatur, ubi contracto illo hebdomadario esse non plus ab unoquoque, qui actualiter libros habet, vel Bibliothecæ conclave frequentare solet, quàm duo solidi exigentur ; ab iis etiam, qui licèt suo proprio nomine libros non acceperunt, cum aliis tamen in eodem cubiculo vel æde cohabitantes Nationis libris utuntur ; demum nullus deerit, qui studia sua absolvit, aut non ampliùs reversurus hinc migrare velit, quin libros in propria persona restituat vel casu, quo discessus improvisus tam raptim instituendus sit, neminem propter paucos libros in ejus detrimentum detinere volumus ; substituat verò unusquisque tali casu hominem fide dignum, qui sine ærarii nostri sumptu et etiam non monitus libros ad Bibliothecæ conclave reportet, qui secus fecerit et minimum librorum defectum post se reliquerit, sub capitulo statim subsequenti comprehendetur.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

De Mulcta et Pœnis.

Mentionem fecimus in præfatione nostra, quod DD. succes sores nostros ita se gesturos speremus, ut etiam hoc capitulu superfluè hic positum aliquando videri possit, hoc quider unanimiter optamus, in majorem tamen securitatem mulcta aliquando practicatas et pœnas sub alio nomine exerceri solita præsentibus nominatim reintroducimus, ut nimirum ab ordi nario conventu emanentes duplicia Bibliothecæ jura solvant et aliis qui modum præscriptum libris utendi non servant quive ad extraordinarios conventus sub mulcta citati no comparent, secundum arbitrium Domini Directoris aliqu solidorum mulcta injungatur. Quod si verò duplicia jura i casu absentiæ vel mulctam ex alia ratione injunctam et Bibliothecario exactam solvere quis recusaret, tali in primi plures libri non concedantur, neque aditus ad conclav Bibliothecæ detur, et ab eo ulteriùs contumace libri, quo habet, repetantur, si et repetitioni resisteret, alia media, qu hic exprimere nolumus, ad ipsum coërcendum invinientu et præterea nomen ipsius cum facti specie ad librum nigru inscribatur. Quia verò rarus imò nullus erit, qui propter ta exiguas mulctas (quæ non in aliquorum privatam utilitate sed in augmentum ærarii nostri cedunt et sub nomine Biblio thecæ jurium à Bibliothecario in computum trahuntur) i tanta contumacia perseverabit; librum nigrum non propte similes contumacias, sed graviora respicientes pro iis intro duximus, qui expensis ex ærario faciendis se immiscent de illis rationes non reddunt, qui libros Bibliothecæ nostr culpabiliter et sine satisfactione perdunt et alienant, qui e ærario nostro mutuum accipiunt et sine solutione discedun qui sine restitutione librorum hinc migrant, et illis absentibu defectus librorum invenitur, pro iis denique, qui gravius qui quomodocunque in ruinam fundationis nostræ tendens mach nantur; quæ omnia prudentis Domini Directoris vel Senatû arbitrio definienda relinquimus.

Hanc itaque DD. Officialium, aliorumque informationem i hodierno conventu publico prælectam, ab omnibus et singuli approbatam et antea abundanter perpensam, nostrâque ta quam Collegii approbati statuendi potestate roboratam perpetu servandam ad successores nostros transmittimus, et per sin

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

plicem non usum vel contrariam consuetudinem nec in minimo derogari, sed variatione temporis fortè ita exigente per alia expressa Statuta solùm mutari posse volumus. In cujus unanimis consensûs majorem fidem instrumentum hoc nostro consueto sigillo signatum à moderno Senatu et tribus ex conventu præsenti senioribus subscriptum ad ærarii nostri cistam recludendum damus.

Lovanii ad Sanctam Gertrudem vigesimo Maji horâ nonâ antè meridiem, anno post Christum natum supra mille sexcentos sexagesimo.

Joannes Carolus Joachimus comes Slawata, Nationis Germanicæ pro tempore Director.

Joannes Philippus ab et in Eltz, pro tempore primus Assessor.

Albertus liber baro à Rottmanstorff, pro tempore Assessor.

Georgius Adamus comes de Gaschin, pro tempore Assessor.

Guilielmus Corillard, pro tempore Assessor.

Conradus Plumans, juris vtriusque licentiatus, Nationis Germanicæ Procurator.

Petrus Joannes Carl, pro tempore Syndicus.

Joannes Altringer, pro tempore Senior.

Servatius Smaltz, pro tempore Senior.

Henricus Everardus Contzen, pro tempore Senior.

V.

NOVUM STATUTUM IN PLENA CONGREGATIONE INCLYTÆ NATIONIS GERMANIÆ NONA APRILIS IN ÆDIBUS CLARISSIMI DOMINI JOANNIS LISER, JURIS VTRIUSQUE DOCTORIS ET PROFESSORIS ORDINARII NEC NON DICTÆ NATIONIS PROTECTORIS, ILLUSTRISSIMO DOMINO COMITE DE PROSKAU EXISTENTE DIRECTORE, PRO INCREMENTO BIBLIOTHECÆ EJUSDEM NATIONIS HABITA VNANIMI OMNIUM MEMBRORUM CONSENSU STABILITUM ET APPROBATUM ANNO 1689.

9 avril 1689.

Tenor novi Statuti.

Quantà sollicitudine ab initio erecta Inclytæ Nationis Germanicæ in Alma Universitate Lovaniensi Directores, Assessores, cæteràque ejusdem membra allaboraverunt ut Bibliotheca in

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

eadem stabiliretur, tractu temporis augeretur, ac tandem tale incrementum capesceret, quod dignum aliquando eorundem curâ ac sollicitudine nec non etiam splendore ac lustro dictæ Nationis foret, abunde satis patet ex primis ejusdem institutis ac regulis, quibus Bibliothecam suam Authoritate quoque Rectorali prædictæ Universitatis Lovaniensis roborari voluerunt.

Enimverò cum partim injurià temporum, partim etiam incuriâ nonnullorum hactenus ad splendorem illum pervenire haud potuerit.

Nos jnfrascripti Director, Assessores, Protector, Syndicus maturâ desuper deliberatione habitâ, dictam Bibliothecam restaurare cupientes, media quoque convenientia in hunc finem adinvenire studuimus.

Eapropter cum nullum opportunius inpræsentiarum occurrat, quàm ut symposiorum usus ac sumptus superflui, qui in electione novi Directoris ab hinc circiter decem annis per abusum quendam irrepserant, in bonum ipsius Bibliothecæ convertantur, quo magis præfatum incrementum suum consequi valeat.

Hinc est, quòd eam ab causam dicta symposia in posterum reformare è re et bono prædictæ Nationis esse duximus, eorumque expensas inutiles pro parte saltem in augmentum Bibliothecæ impendere et applicare.

Et cum experientiâ docti fuerimus sumptus illorum symposiorum ad quadraginta, quinquaginta et plures etiam imperiales se se extendere.

Novo hoc et salutari Statuto inconvenientiis istis occurrere voluimus, videlicet ut abrogato deinceps præfato symposio in locum illius quilibet Director pro modo conditionis ac stemmatis in paratis pecuniis certum aliquem nummum pro Bibliothecâ inferat.

Comes nimirum viginti jmperiales (quod si altioris sint ordinis, ipsorum liberalitati ac discretioni relinquitur) Baro quindecim et Nobiles decem, qui nummi deinceps apud dictæ Nationis Protectorem, qui perpetuus est, deponantur, et per eundem ex consilio Directoris et Assessorum in coëmptionem librorum impendantur.

Quo ipso fiet, ut et ipsi Directores minùs graventur, et ipsa Bibliotheca tractu temporis tale incrementum sit acceptura,

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

quale splendor ipsius Nationis nec non publicum ejusdem bonum requirit. Ad cujus statuti firmitatem nos id ipsum propriâ manu signavimus. Actum Lovanii, loco, anno, mense, die quo suprà.

Antonius Christophorus sacri romani jmperii comes à Proskau, pro tempore Director.

Josephus Leopoldus sacri romani jmperii comes de Vrsin et Rosenberg, pro tempore primus Assessor.

Franciscus Rudolphus à Welczeck liber baro de Magno Dubenssio et Petersdorff.

Franciscus Carolus Totulinsky liber baro de Kotulin et Kzriskowicz.

Carolus à Franckenberg.

Joannes Liser, juris vtriusque doctor et professor ordinarius, Inclytæ Nationis Germanicæ Protector.

Henricus Christianus Eckert, Inclytæ Nationis Germanicæ pro tempore Syndicus.

VI.

Instructio super legibus et statutis Inclytæ Nationis Germanicæ in compendium redacta.

1689.

Cùm intersit uniuscujusque eorum, qui nomen suum Inclytæ Nationis Germanicæ Albo inscribi voluerunt, leges quoque ac Statuta ejusdem probè nosse ac complecti, quo magis illa in viridi observantia esse queant, opera pretium duximus instructionem super iisdem in compendium redigere, quo faciliùs in renovatione Senatûs prælegi possint ac comprehendi, eo quòd ob nimiam ejusdem prolixitatem lectura ejus hactenus omissa fuerit.

Hinc nos Director, Assessores, Protector, Syndicus infrascripti præfatam instructionem prolixius sub Directoratu jllustrissimi Domini Michaëlis Adolphi comitis ab Althan anno 1660 conceptam et conscriptam in compendium sequens pro bono Nationis redigi jussimus, sanctèque in posterum observari jubemus, ut prædicta instructio in compendium hoc modo

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

redacta in singulis Senatûs Inclytæ Nationis renovationibus ante electionem Directoris, Assessorum per Syndicum Nationis altâ ac clarâ voce prælegatur.

Primus Articulus.

De Directore.

Ipsâ die electionis novi Senatûs per Syndicum indictâ, omnibus ad conveniendum in loco ad eum finem præfixo, admonitis, in eligendo novo Directore stemmatis prærogativa semper habeatur et in concursu duorum ejusdem conditionis aut qualitatis non senior in Natione, sed aptior præferatur.

Præsentibus DD. de Natione Germanicâ in cubiculo ad hoc destinato, Director defungendus resignationem suam insinuet et per Syndicum pro novo Directore eligendo vota colligi jubeat, eademque per eundem priùs publice annotata juxta eorundem pluralitatem novum Directorem Assessoresque electos altè pronunciet.

In paritate suffragiorum ad idem officium Director defungens duo habeat suffragia, electivum unum et alterum decisivum, ita ut is, pro quo ipse deciderit (adhibito humanitatis non necessitatis causâ Assessorum consilio) rite electus habeatur et per Syndicum Nationis quà talis proclametur et ab omnibus eo nomine salutetur, eique liber Nationis cum clavibus ærarii (quarum unam pro se reservat, alteram primo Assessori, tertiam Syndico futuro asservandam committet) per eundem illico tradantur.

Novus Director perlegendis omnibus statutis et instructionibus fusiùs conscriptis se se impendat, et si per non usum vel etiam abusum eorundem aliquid minùs utile Nationi irrepsisse deprehendat, emendare id ipsum studeat, atque in punctis arduis primum Assessorem sibi adjungat et pro negotii pondere integrum etiam Senatum ad locum Bibliothecæ convocet cum eoque deliberet.

Si quæ verò omnium Nationis membrorum notitiam requirere videantur, conferat primo cum suis Assessoribus, dein congregationem indicat, eamque ad ordinarium trimestrem conventum, si res moram patiatur, differat, in quo licitum erit membris sibi separatim colloqui, quo liberiora sint suffragia, eorumque

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

pluralitas semper attendetur, nisi saniorum rationes præponderent. Quæ regulæ et quis ordo in coemptione librorum observari debeat, latiùs videre est ex instructione pro Domino Directore post medium et porrò.

Dominus Director clientes suos ad observanda Statuta sedulò et frequenter admoneat, oculum etiam vigilantem ad omnium officiatorum mores et actiones habeat, maximè eorum, quibus Bibliothecæ cura credita est, ne per ipsorum incuriam detrimentum patiatur.

De Assessoribus.

Quòd si contingat Dominum Directorem ante finitum Directoratum debere discedere, primus ejusdem Assessor, Vice Directoris fungatur, omniàque ad officium ipsius spectantia peragat, donec ad novam electionem procedatur. Hoc verò ante finitum vice directoratûs tempus quoque discedente, reliqui tres Assessores simul Vices Directoris subibunt, donec vel unus inter eos Vice Director constituatur, aut novus Director eligatur.

De Syndico.

Novus Syndicus super iis, quæ officii sui erunt, à prædecessore suo instructionem capiet, quâ deficiente inprimis Album vetus Nationis uti et novum in cista ad hoc in ipsa Bibliotheca Nationis parata inclusum custodiat, noviterque adventantibus DD. Germanis novum Album pro inscriptione offerat, et nisi eâ absolutâ recessurus rursus secum conferat. Ne tamen per hoc DD. Germani noviter adventantes rerum Nationis ignari mancant, Albi capiam iisdem ad aliquot dies relinquet eadem continentem, quæ ipsum originale.

In novum Nationis protocollum in quatuor partes distinctum Syndicus referet, in primam omnes membrorum vel solius Senatûs conventus eorumque acta et decisiones, item renovationes Senatûs uti et ea quæ in veteri Albo ad marginem notari solebant. Secunda pars pro benefactoribus, qui aliquam liberalitatem erga Nationem exercuerint, destinata est. Tertia pars contineat catalogum librorum per alphabetum distinctum cum libris ex ærario emptis. In quarta parte scribantur nomina eorum, qui sine justa causa notabili tempore Lovanii consistentes Albo Nationis inscribi recusant, non tamen sine expresso

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Directoris consensu et mandato, multo minùs in librum quem nigrum appellamus.

prebende solvendorum, fructus, redditus et proventus illo die, quo obierit persolvendo tam in decimis quibuscunque quam annuo pactu siliginis, avene et ordei aut alias qualitercumque erunt sui et plenarie ei cedent tamquam vivo et nichilominus adveniente simili die, quo obierit revoluto anno vel in fine anni fructus, redditus et proventus illo die persolvendi iterato ei cedent cum anni integritate ut defuncto. Ita quod per receptionem fructuum die quo obierit provenientium et ab ipso vel ipsius executoribus levatorum anno gracie ipsius defuncti nullum prejudicium afferetur. Erit tamen astrictus quilibet canonicus gavisus et fruiturus anno gracie hujusmodi, quod pro suo anniversario ordinet et sufficienter assignet ad minus decem solidorum turonensium hereditarie vel pecuniam sufficientem pro ipsis acquirendis et quinque regales aureos semel solvendos ad opus fabrice, alioquin capitulum poterit et debebit de fructibus anni gracie ipsius defuncti tantum detrahere et retinere, quod sufficiat ad complementum et satisfactionem promissorum. Et mediantibus illis habebit eciam quilibet canonicus in obitu suo processionem gratis et pannum decentem et honestum supra funus. Item ad firmiorem et majorem observationem presentis ordinationis, declarationis et statuti statuimus, volumus et ordinamus, quod quilibet canonicus in ecclesia nostra de cetero recipiendus juret presentem ordinationem et statutum fideliter observare nec unquam contravenire, alioquin non admittatur, et addatur et inscribatur ex nunc inter alia juramenta. Et ut nullus valeat in posterum ignorantiam allegare, volumus quod presens declaratio et statutum singulis annis semel in anno, presentibus canonicis legatur bene et intelligibiliter in capittulo generali. In quorum omnium testimonium sigillum nostri capittuli presentibus apposuimus et per notarium publicum infrascriptum publicare mandavimus in signum plenissime firmitatis.

Acta fuerunt hec omnia in loco capittulari ecclesie nostre anno a nativitate Domini millesimo tricentesimo octuagesimo secundo, mensis Februarii die prima, presentibus ibidem venerabilibus viris, dominis Egidio de Rivo, decano dicte ecclesie, Symone Loeff, Hermanno Schenckel, Gerardo Ludekin, magistro Johanne de Pernes, Ghiselberto de Castro, Petro

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Norijs necnon Philippo de Duvenvoert, canonicis ejusdem ecclesie ad premissa facienda specialiter vocatis et capittulariter congregatis.

Et ego Johannes de Venne clericus Leodiensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius, quia premissis ordinationi, statuto, declarationi ac aliis omnibus et singulis sic prescriptis, dum ea fierent et agerentur, presens interfui ipsaque sic fieri vidi et audivi, idcirco hoc presens publicum instrumentum manu mea propria conscriptum de mandato et requesta ipsorum dominorum suprascriptorum exinde confeci et in hanc formam publicam redegi signoque meo solito et consueto signavi rogatus, presentibus ibidem discretis viris dominis Rasone Arnoldi, Bertramo de Berkel, Johanne Grauwe, Henrico de Mola, capellanis in prescripta ecclesia de Breda et aliis quampluribus testibus fide dignis Leodiensis dyocesis ad premissa vocatis et rogatis sub anno, mense, die prescriptis hora nona vel quasi, indictione quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini nostri Urbani divina providencia pape sexti, anno quarto.

A. w., f. 18.

V.

STATUTEN.

21 Juni 1465.

In nomine Domini Amen. Hec sunt statuta et ordinationes ecclesie nostre de Breda Leodiensis dyocesis per nos decanum et capitulum ejusdem ecclesie ad laudem Dei et pro utilitate et pace dicte ecclesie nostre et personarum ejusdem in nostro generali capitulo concorditer edita et ordinata a nobis nostrisque successoribus et singulis personis ecclesie nostre in quantum sua interest perpetuis futuris temporibus inviolabiliter ac inconcusse observanda.

De tempore et modo celebrandi capitulum generale.

Inprimis statuimus et ordinamus, quod imperpetuum annis singulis in crastino beati Servatii in nostra ecclesia capitulum generale debeat observari, prout a longe retroactis temporibus fieri est consuetum, in quo tunc ibidem presentes ecclesie

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

nostre canonici capitulariter in sacris ordinibus constituti absque quacumque citatione seu vocatione de canonicis absentibus facienda addendi, muniendi, mutandi, concordandi et declarandi antiquas hujusmodi ecclesie nostre consuetudines et statuta ac eciam nova prout et visum fuerit expedire condendi et alia faciendi que ad communem ipsius ecclesie utilitatem noverint expedire, secundum quod preteritorum experiencia docuit cursusque presentium informaverit et per utrorumque verisimiles conjecturas de futuris ratio demonstrabit, plenam et liberam habeant facultatem et quod predicta die vel alia seu aliis diebus ad hoc specialiter continuatis de communi consensu vel saltem duarum partium capituli statutum, declaratum seu ordinatum fuerit, debet inviolabiliter observari, donec illud in alio generali capitulo et non extra generale capitulum correctum, mutatum vel declaratum exstiterit, salvis infra dicendis.

II. De modo servandi capitulum generale.

Item statuimus et ordinamus, quod primo et principaliter in hujusmodi generali capitulo canonici capitulares tunc presentes diligenter et attente considerent, videant et examinent, si quid fuerit reformandum, addendum, corrigendum vel mutandum circa observationem cultus divini et reformationem morum in personis ecclesie et illud sedula devotione studeant reformare, corrigere vel mutare, prout pro honore Dei, utilitate ecclesie ac personarum quiete et pace melius et utilius crediderint expedire. Deinde circa administrationem temporalium studiose et cum magna sollicitudine oculos suos dirigant et attendant, quomodo pro tempore tunc preterito singuli in suis officiis ipsis commissis administrationes gesserant, et ea que fuerint circa temporalia reformanda, curent reformare.

III. De gratia absentis pro anno futuro obtinenda.

Item statuimus et ordinamus, quod canonici, capellani et alii beneficiati existentes foranei privilegiati volentes a nobis pro anno futuro absentie graciam obtinere docto satis de privilegio, ipsam per se vel procuratorem in eodem generali capitulo petere vel se ad residenciam futuram presentare

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

teneantur, alioquin anno sequenti pro foraneis reputabuntur et tenebuntur, nisi infra hujusmodi generale capitulum, quod in crastino sancti Servatii celebratur et festum nativitatis beati Johannis Baptiste proxime tunc instans beneficium suum canonice tunc presens intraverit, quo casu admissionis seu possessionis sue tempore graciam petere aut se ad residentiam futuram presentare debeant, alias pena predicta sint ligati.

IIII. De venientibus de novo ad residenciam.

Item statuimus et ordinamus, quod de novo residere cupientes in profesto aut festo beati Joannis Baptiste et residentes eorum residenciam continuare volentes infra octavas Joannis Baptiste presentialiter et personaliter in aliqua principalium horarum in matutinis ante primam lectionem, in Missa ante epistolam, in vesperis ante tercium psalmum decenter cum religione in choro nostro compareat et ad residenciam se offerant, alioquin tamquam absentes et foranei per totum annum sequentem habebuntur et erunt.

V. De absentantibus se a choro.

Item cum beneficium detur propter officium statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli de clero nostro exeuntes horas canonicas et divina laudabiliter frequentent et visitent ac officium divinum debite peragant, et quod in choro, dum divina celebrantur, cessent fabulationes, murmurationes, derisiones et discursus intentique sunt circa divinorum celebrationem non accelerando, currando vel sincopando sed pocius hore canonice decenter inibi et honorifice cantentur moderate absque festinatione et cum perfecta lectura psalmorum cum decenti pausa in medio versutum cum flexione genuum tempore XLme et aliis diebus, dum de tempore servatur extra Quadragesimam et in Quadragesima septem psalmos cum letaniis in choro ad minus legendo et semper dicendo Confiteor in Prima, decanoque presente Oremus, Indulgentiam dicente, sin autem ebdomedarius dicet Indulgentiam ad instar cathedralis et secundariarum ecclesiarum Leodiensium. Qui autem in hiis predictis negligens fuerit aut secus facere presumpserit ad arbitrium decani et capituli punietur et corrigetur. Preterea eciam conformiter curatus, vicecuratus et matricularius in

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

sacramentalibus minime occupati habebunt interesse visitare et frequentare horas canonicas et divina sicuti immediate prescribitur, alioquin ad arbitrium decani et capituli punietur.

VI. Quod capellani tenentur ad horas.

Item statuimus et ordinamus, quod capellani ejusdem ecclesie tenebuntur cum canonicis eciam singulis horis canonicis interesse, legere et cantare prout eciam in fundatione continetur. Et eciam tenebuntur obedire illis cui incombit onus ordinandi eosdem ad legendum lectiones, inchoandum antiphonas, et cantandum versus responsoriorum et incantando invitatorium matutini et in aliis que ipsis capellanis juxta consuetudinem eciam dictarum secundariarum ecclesiarum Leodiensium incumbunt. Et si cessante causa seu excusatione legittima contrafecerint, contempserint vel neglexerint, debent ipsi capellani per decanum et capitulum per inclaustrationem aut alias ad arbitrium eorumdem ad instar dictarum secundariarum ecclesiarum Leodiensium corrigi et puniri canonice.

VII. De licencia petendi exire opidum volentes.

Item statuimus et ordinamus quid curatus, vicecuratus, capellanus, vicarius, matricularius aut choralis aliusve beneficiatus aut non beneficiatus nobis subditus volens ab opido de Breda discedere licenciam exeundi petere debet a decano vel in ejusdem absencia vicedecano. Preterea nullum de clero nostro ab opido de Breda recedere firmiter precipimus et mandamus sine licencia a decano vel in ejus absencia vicedecano petita et obtenta, qui si justam causam abessendi habuerit quam saltem decano tenet exprimere absque hoc tamen non tenebitur in speciali occasione manifestare nisi velit licenciam exeundi usque ad quidecim dies eidem non denegabit, alioquin sic recedens juxta temeritatis exigenciam et excessus qualitatem ad arbitrium decani et capituli corrigetur et punietur. Si vero quispiam prefatorum propter corporis indispositionem seu egritudinem infra limites domus inhabitationis sue permanere decreverit, habebit hoc decano significare, alioquin quivis predictorum quolibet die penam duorum grossorum veterum incurret, quam absque remissione aliqua solvere debet fabrice capituli in ornatum chori.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

VIII. Quod omnes ad generalia capitula conveniant.

Item statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli canonici, curatus, vicecuratus, capellani, vicarii, chorales et alii clerici nobis subditi cujuscumque status aut conditionis fuerint in capitulo nostro generali, quod feria sexta ante Dominicam Invocavit et in capitulo nostro generalis, quod altera die sancti Servatii celebratur, personaliter appareant et maneant sub pena unius medii regalis thezaurie nostre seu fabrice capituli nostri absque remissione applicandi, nisi secum per decanum et capitulum legittime fuerit dispensatum.

IX. De habitu religionis.

Item precipimus, statuimus et mandamus, ut nullus de clero nostro intret chorum vel ecclesiam, precipue quando divina celebrantur et hore canonice decantantur, sine habitu decenti et religione sub pena unius grossi veteris tociens et quociens contigerit thezaurie nostre seu fabrice capituli aplicandi. Poterit tamen quis celeriter non stando, ambulando vel sedendo tempore, quo divina ut premittitur celebrantur ne ad locum ubi religio sua conservatur, et inde eciam recedere, non incurrendo penam prefatam.

X. Quod nullus vagetur per plateas tempore divinorum.

Item precipimus firmiter et mandamus, ut nullus de clero nostro per chorum, ecclesiam vel cimiterium cum habitu eciam religionis vel sine habitu tempore divinorum vagetur, sed volumus, quod divinis potius officiis devote absque confabulatione, rixa vel derisione intendat et horas canonicas cum choro decantet aut eas in choro nostro devote et distincte submissa voce legere studeat, ut legendo canentibus nullum penitus prestet impedimentum, sed potius divina psallentibus in ceremonialibus se conformare curabit, alioquin considerata excessus qualitate ad arbitrium decani et capituli puniatur.

XI. De licencia petendi confitendum.

Item statuimus et ordinamus, quod singuli canonici et capellani et universa supposita ecclesie nostre confiteri tenebuntur decano tamquam proprio sacerdoti vel saltem licentiam

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

in die Cinerum ab eodem petere et obtinere per toto anno vel in capitulo generali ante dominicam Invocavit.

XII. Quod ministri altaris non debent uti calopodiis.

Item statuimus et ordinamus, quod sacerdos summam missam celebraturus cum ministris altaris decenter et reverenter vestiarium ingrediatur et egrediatur et ministri altaris vigilanti animo ministrare studeant et intendant et ab omni confabulatione circa altare caveant et nullus ipsorum cum calopodiis ad altare servire presumat, sed antequam egrediatur, induat sandala ministris altaris aptata, si propriis careat, alioquin si contrarium fecerit, duos stuferos absque remissione thezaurie nostre refundere debet.

XIII. De extraordinarie cantantibus.

Item inhibemus ut nullus cujuscumque eciam ordinis seu conditionis, dignitatis aut status fuerit infra parochiam nostram, extraordinarie missam vel vesperas cantare presumat, nisi hoc de licencia decani et capituli precesserit speciali; qui secus fecerit unum regale thesaurie nostre absque remissione refundere tenebitur.

XIIII. De non legentibus horas canonicas.

Item statuimus et ordinamus, quod si quis canonicus sive capellanus aut alius beneficiatus nobis subditus in horis canonicis dicendis negligens deprehensus fuerit, per dominos decanum et capitulum vicarius unus ordinetur, qui dictas horas ipsius loco sollicite dicat et de promptioribus sue prebende sive beneficii sive officii fructibus sallarium competens assignetur, arbitrio tamen nostro moderandum, et nichilominus per substitionem proventuum suorum ecclesiasticorum ad illas dicendas artetur.

XV. De canibus et avibus rapacibus.

Item inhibemus ne aliquis canonicorum, capellanorum aut choralium publice aves rapaces supra manum deferat aut deferre presumat vel canes venaticos in coppletis seu cordis personaliter ducere presumat vel eciam pileos sine bireto aut sive caputio vel rostra notabiliter longa in calceis vel calopodiis deportet infra limites parochie de Breda sub pena trium

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

grossorum veterum irremisibiliter fabrice capituli applicandorum; item si sepius et iteratis vicibus fecerit contrarium, ad arbitrium decani et capituli, prout qualitas excessus requiret, corrigatur, ut sic honestas circa premissa servetur.

XVI. De inhabitandis sive visitandis tabernas.

Item inhibemus, ut nullus de clero nostro tabernas publicas inhabitet, alioquin pena infra negociatoribus adjecta puniatur, neque illas visitare presumat ibidem potando aut commedendo, nisi cum honestis, secus faciens pro singulis vicibus quibus hoc egerit, unum grossum veterem thesaurie nostre irremisibiliter persolvat.

XVII. De vagantibus cum inhonestis feminis.

Item inhibemus, quod nullus de clero nostro per vicos et plateas cum mulieribus inhonestis, diffamatis aut suspectis vagetur, aut prestibulum, aut alium locum vel tabernam ingrediatur, inibi cum inhonestis mulieribus societates et commessationes exercendo, sed ab omni confabulatione et sollicitatione penitus abstineant sub pena quatuor grossorum veterum thesaurie nostre qualibet vice sine remissione applicandorum. Et si quis pluries in premissis recidaverit ad arbitrium decani et capituli arctius puniatur, hoc tamen salvo, quod quilibet deficiens probatione legittima super premissis excessibus suo proprio juramento se poterit expurgare; permittimus tamen quemlibet pro sui corporis commodo stufam intrare et inibi balneare, dummodo hoc honeste faciat.

XVIII. De negociatoribus.

Item inhibemus, quod nullus subditorum per se vel per alium quascumque negociationes aut mercantias indecentes, clericis illicitas et in jure prohibitas exerceat seu illis se immisceat, alioquin secus faciens, si fuerit canonicus aut capellanus pro toto tempore quo premissis non obtemperaverit et eciam per mensem postquam ab hujusmodi destiterit, de anniversariis, distributionibus, celebrationibus et aliis emolumentis prebende et officii sui nichil percipiat, si curatus, pro temporibus premissis suis emolumentis thezaurie nostre irremisibiliter applicandis careat, si choralis, sue choralitatis privilegio sit penitus privatus.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

XIX. De non clericaliter incedentibus.

Item statuimus et ordinamus quod canonici, capellani, vicarii, chorales et omnes de gremio nostro existentes continue tonsuram clericalem seu coronam deferant statui clericali secundum diversitatis ordinum receptorum congruentiam, et nemo de gremio nostro comam nutriat neque barbam neque eciam caputio aut pileo sive tepa utatur, nisi eodem esset indutus aut opidum exire haberet nec eciam corrigias preciosas excessive nitentes, qui enim secus facere presumpserit, ad arbitrium decani et capituli tamquam inobediens canonice puniatur.

XX. De vestibus.

Item cum juxta sacros canones clericos vestes suas humilius et simplicius laicis ferre deceat, nos super hujuscemodi proinde cupientes ne quisquam de suppositis nostris excedat, statuimus et ordinamus, ne quispiam rubeas aut virides vestes nitentes aut rubea bireta aut eciam foderaturam statui suo aut vocationi non congruentem seu convenientem deferre presumat, nisi quibus hujusmodi deferre competierit, sed quis habitum et vestes in opido deferat talares, extra opidum geniculares, decentes et honestas vocationi et statui et ordini ejus incumbentes et competentes neque in foderatura ab extra nimium apparentes non virgatas, non rugatas, petitas, fronsatas, intercisas seu stacatas aut in colore differentes juxta congruenciam et decenciam minime notandas, secus façiens pena proxime supradicta puniatur. Absentes vero premissa non observantes pro singulis diebus, quibus premissa non obtemperaverint, de rata grossorum fructuum suorum vel gracie sibi facte in duos grossos veteres absque remissione fabrice capituli nostri applicandi procellantur, salvo si aliquem equitare extra opidum contigerit sive peregrinari, quum durante hujusmodi peregrinatione vestes deferat, quales sibi placuerit.

XXI. De deferentibus arma.

Item inhibemus, ut nullus suppositorum nostrorum sine justa et legittima causa arma infra opidum deferat, secus faciens penam in articulo, ut nullus negocietur, incurret. Nullus eciam torneamentis vel hastiludiis seu aliis actibus bellicis sevis viris ecclesiasticis prohibitis se immisceat; qui

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

secus egerit, beneficiatus mediis fructibus suis unius anni, choralis vero suis emolumentis, si que a nobis haberet, thezaurie capituli nostri applicandis cum hoc sue choralitatis privilegio sit privatus.

XXII. De aleatoribus.

Item inhibemus, ne quispiam cum taxillis seu aleis ludat seu ludere assuescat aut in domo sua permittat causa notabilis questus : qui secus fecerit tres florenos Renenses aureos aut valorem eorumdem fabrice capituli nostri tociens quociens hoc fecerit exsolvat, qui eidem nullatenus quitari poterunt vel remitti.

XXIII. De concubinariis.

Item inhibemus, ut nullus de clero nostro habeat publice in domo sua concubinam vel aliam mulierem suspectam secum residentem vel causa ad sibi serviendum admittat, ex qua scandalum vel diffamatio oriri valeat, et qui secus fecerit pro toto illo tempore, quo concubinam vel mulierem suspectam secum ut prefertur vel in servicio suo habuerit ac eciam per mensem, postquam illa a se removerit, pena negociatoribus statuta plectatur.

XXIIII. De nuptiis illicitis.

Item inhibemus quod nullus de clero nostro sive absens sive residens nuptias suarum prolium illegitimarum, si quas suscitavit et habeat neque puerperia neque exequias illarum publicas infra domum suam vel alterius de ecclesia teneat aut teneri permittat neque hujusmodi publice personaliter intersit neque pueros hujuscemodi sibi in divinis serviendum admittat neque eciam conjugatas secum habitare permittat, alioquin pena in articulo de armis adjecta irremissibiliter puniatur.

XXV. De deservientibus aliis beneficiis.

Item inhibemus, ut nullus de clero nostro presumat alicui beneficio seu officio aut deserviture officiari vel deservire quam suo proprio, alioquin beneficiatus suis fructibus ad annum unum, choralis vero, suis emolumentis et proventibus si quos haberet, cum suo privilegio ipso facto sit privatus, nisi de licencia nostra hoc precesserit speciali.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

XXVI. De missalibus.

Item inhibemus ut presbiteri missalia ecclesie nostre communia extra ecclesiam ad alias capellas non deferant vel deferri faciant aut permittant, sed postquam celebraverint incontinenti missalia in choro reponant et inde quando iterum celebrare voluerint deportent, libros vero ad chorum nostrum spectantes nullus extra eumdem deportere presumat seu deferri faciat aut permittat, nisi de licencia nostra speciali hoc precesserit, secus faciens, quoad missalia communia duos grossos veteres, quo vero ad libros chori unum florenum Renensem tociens quociens contigerit fabrice capituli nostri absque remissione persolvat, si vero confusio oriatur in choro ob alicujus libri deportationem a choro, volumus quod talis deportator scolas ad unum annum sustineat.

XXVII. De libris non corrigendis.

Item inhibemus, ut nullus libros nostros corrigere vel illis aliquid addere vel demere presumat, nisi qui scientia et auctoritate prefulgeat, et licencia decani et capituli ad minus obtenta, alioquin pene aleatoribus ordinata mulctetur.

XXVIII. De celebrantibus.

Item precipimus et mandamus, quod presbiteri quicumque sub protectione nostra existentes suas missas celebrent juxta ordinationes suorum fundatorum et moderationes capituli in ornamentis muniendis, alioquin pena in articulo de habitu religionis adjecta qualibet vice mulctetur.

XXIX. De tempore celebrandi.

Item statuimus et ordinamus, quod volens missam celebrare incipat matutinis finitis et tempore tali quod finiat suam missam antequam chorus Primam incipiet, nisi cum cause expressione licenciam petat et obtineat a decano et in ejus absentia vicedecano, secus faciens duos grossos veteres fabrice capituli nostri absque remissione exsolvat.

XXX. De celebrationibus lucrandis.

Item statuimus et ordinamus ac inherendo consuetudinibus ecclesiarum convicinarum collegiatarum innovamus, quod in celebrationibus deinceps inantea occurentibus non debeant

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

excludi canonici sacerdotes cum plebano volente devotionis causa in die talium celebrationum occurrentium celebrare et celebrando participes fieri pro rata quemlibet celebrantem concernente. Simili modo convenit quod in die talium celebrationum habentes ex fundatione altaris missam particularem seu specialem celebrent aliam missam quam missam ex altaris fundatione debitam, et propterea non est conveniens, quod legata occurencia in materia celebrationum, premissis repugnantia quovis modo admittantur nisi quoad effectum premissorum. Et propterea volumus et ordinamus quod dies celebrationum deinceps inantea fiendarum debent publicari, ut omnibus tam canonicis sacerdotibus cum peblano quam capellanis dies talium celebrationum possit innotescere et publica fieri.

XXXI. De extraneis non celebrantibus.

Item inhibemus ut nullus permittat aut procuret aliquem presbiterum regularem aut secularem preter mendicantes terminarios infra parochiam et protectionem nostram missam celebrare et adhoc ornamenta prestare vel ministrare, nisi prius a decano seu in ejus absencia vicedecano de ejus legalitate per litteras patentes aut autenticas constiterit, alioquin tociens quociens contigerit pena proxime supradicta puniatur.

XXXII. De celebrantibus extra ecclesiam.

Item precipimus et mandamus quod presbiteri nostri ad beginas et alibi missas adeo tempestive celebrent infra matutinas et primam, quod summam missam suis auditoribus non impediant, secus facientes tociens quociens pena in articulo de tempore celebrandi expressa percellantur.

XXXIII. De cantantibus primam missam.

Item statuimus et ordinamus quod deinceps quicumque capellanorum et beneficiatorum cantaverit seu legerit suam primam missam in ecclesia nostra de Breda in summo altari, is dabit thesaurie capituli nostri pro sustentatione ornamentorum quibus usus fuerat, duos florenos Renenses et geltam vini pro illo qui habet custodiam ornamentorum. Si autem non fuerit beneficiatus, dabit tres florenos Renenses et geltam vini modo premisso.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

XXXIIII. De improvise legentibus.

Item inhibemus ut ne quis subditorum nostrorum legat aliquam lectionem, evangelium, epistolam seu collectam aut cantet aliquem versum aut responsorium, nisi prius de eisdem sibi provideat ne ex improviso male leget, cantet, accentuet, punctuet aut pronunciet, ut confusio oriatur, que, si per aliquem contigerit, ipse condigne puniatur.

XXXV. De processionibus.

Item statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli de clero nostro ad processiones nostras solempnes cum religione sua decenter conveniant et morose absque aliqua confabulatione vel derisione procedant, alioquin duos grossos veteres fabrice ecclesie nostre applicandos sine remissione exsolvant, nisi causam rationabilem excusationis habeant, quam decano seu vicedecano exponere teneantur, ut sic eos habeat supportatos.

XXXVI. De funeribus curati.

Item statuimus et ordinamus quod rector sive curatus ecclesie nostre funera sua, ad quorum exequias non fuerimus rogati, semper ante nostram summam missam tradat sepulture, nisi funera vel defuncti tales commorentur adeo remote ab ecclesia quod commode dicta hora ad ecclesiam minime possent portari, quibus funeribus venientibus celebret missam extra chorum nostrum in suo altari, legendo submissa voce et non cantando, ut moris est ab antiquo, alioquin inobediencie pena plectetur.

XXXVII. De anniversariis assignandis.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque assignaverit vel legaverit decano et capitulo pie propter Deum decem solidos nigrorum aut unum fertellum siliginis, eidem in recompensam fiet anniversarium cum novem lectionibus et veste purpurea decenter cum candelis accensis, infra autem cum tribus lectionibus dummodo citra medium existat.

XXXVIII. De anniversariis subditorum.

Item statuimus et ordinamus, quod quilibet beneficiatus noster habeat et relinquat post mortem suum in ecclesia nostra

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

anniversarium suum sive perpetuam sui memoriam, si canonicus aut curatus ecclesie cum novem lectionibus, si vero capellanus tenebitur ordinare et assignare suum anniversarium tale quemadmodum sue conscientie videbitur expedire, nisi capellanus residens in aliqua alia ecclesia seu monasterio suum ordinaverit anniversarium celebrari, tunc is tenetur et obligatus erit tale et consimile anniversarium in dicta nostra ecclesia, in qua residenciam facit, ordinare et assignare.

XXXIX. De anniversariis preferendis.

Item statuimus et ordinamus quod anniversaria in festis celebribus aut novem lectionum non celebribus aut infra octavas solempnes et majores occurrentia preferantur juxta antiquam consuetudinem.

XL. De modo lucrandi anniversaria.

Item statuimus et ordinamus, quod volens lucrari anniversaria in vigiliis veniat cum religione sua decenter ante finem prime lectionis et maneat in choro cantando et legendo vigilias donec finiantur, nisi talis volens exire legittimam et necessariam causam habeat modicum exeundi, et tunc ad statum redeat. Similiter volens lucrari anniversaria in missa compareat in choro ante finem epistole perseverando ibidem usque ad finem misse visitando cum aliis sepulcra vel loca ubi fiant commendationes, donec et quousque officium defunctorum totaliter completum foret, alias nichil lucrabitur, et qui non interfuerit uni de principalibus horis vel summe misse illo die, non potest lucrari anniversarium.

XLI. De modo visitandi sepulcrum mortuorum.

Item statuimus et ordinamus quod deinceps hoc modo visitentur sepulcra et fiant defunctorum commendationes in ecclesia nostra, videlicet quod juniores capellam juxta eorum ordinem crucem per scolarem vel juvenem choralem deferendam immediate sequantur, deinde canonici juxta eorum ordinem et deinde sacerdos, qui celebravit cum cappa nigra; omnibus ibidem congregatis, sacerdos incipiat cum uno latere chori Miserere mei Deus vel De Profundis secundum temporis congruentiam et exigenciam et alio latere correspondente

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

decenter et absque festinatione sicque ulterius consueto more cum collectis aptis concludendo; qui secus fecerit, portionem suam atmittet.

XLII.

Item cartebellarius vel alius ex parte capituli deputatus per ebdomedam precedenti dominica nomina defunctorum in ebdomeda occurrentium, vigilias et missas habentium plebano scriptotenus significare curabit, quiquidem ulterius suis parochianis in ambone insinuabit, quod talibus diebus occurrentium vigilie et misse per decanum et capitulum celebrabuntur et faciet fideliter et specialiter populum pro ipsis orare cum Pater noster et Ave Maria. Preterea eciam scribens cartabellam in eadem occurentium anniversaria per ebdomadam scriptotenus notificabit, ut puta : tali die erunt vigilie trium lectionum et sequenti feria erunt vigilie novem lectionum. Et si difficultas vel dubium oriatur super hoc, recursum habebit ad decanum et capittulum.

XLIII.

Item cum ob pastoris eterni redemptioris nostri recessum sacrosancta Romana ecclesia nostra in Cena Domini, in Parasceve ac in Sabbato sancto Pasche officio divino sine principio et fine cum luctu et merore tamquam mortuo et viduato utatur ac eciam sacerdotes curatos in prefata Cena Domini et Sabbato sancto missas celebrare ac in Parasceve officium loco misse humiliter peragere onustet, ceteros vero non curatos tamquam oves dispersas quasi discipulos Domini pro mentis consternatione errantes, missas celebrare et officium Parasceves peragere sileat adhortare, nos igitur matris nostre predicte vestigiis inherere cupientes, ne transgressiones in premissis convalescant, inhibemus ut nullus suppositorum nostrorum non curatorum in prefatis diebus premissa contraveniat ac eciam quocumque tempore de septem sacramentorum administratione quolibet se ingerere seu intromittere se presumat, nisi hoc sibi de nostra capitulari licencia speciali gratiose indultum fuerit sub pena inobediencie.

XLIIII. De matriculariis.

Item statuimus et ordinamus quod matricularii nostri intersint omnibus horis canonicis et in matutinis novem lectionum

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

ac in vigiliis unam si opus fuerit legat lectionem, nisi contingat aliquem eorum fore occupatum visitando cum curato vel in ecclesia, quo casu alter eorum semper in choro remanebit sub pena privationis matricularie.

XLV. De matriculariis et bastionariis.

Item statuimus et ordinamus, quod matricularii nostri singulis annis altera die sancti Servatii in capitulo generali decano et capitulo resignent seu tradent in aperto claves ecclesie nostre : similiter et bastionarius noster sceptrum suum, ut moris fuit antiquitus.

XLVI.

Item statuimus et ordinamus, quod in exequiis decani matricularius noster pro labore suo habeat sex grossos veteres et in exequiis canonicorum quatuor grossos veteres, in exequiis vero capellanorum vel aliorum subditorum nostrorum tres grossos veteres et in exequiis scolarium unum grossum veterem.

XLVII. De convictis coram capitulo.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque de clero nostro citatus fuerit ad comparandum certis die et hora coram decano et capitulo per bastionarium nostrum seu alium in ejus legitime absencia a decano deputatum eciam ex quacumque causa et non comparuerit, solvat pro contumacia duos grossos veteres thezaurie capituli applicandos, et si secundo citatus fuerit, ut suprascribitur, contumci fuerit duplum applicandum, ut supra, et si talis 3° debite citatus contumax fuerit, habeatur pro convicto et nichilominus solvet sex grossos veteres et contra talem contumacem juris ordine ad graviores penas, prout rebellio hujusmodi contumacis meruerit, procedemus.

XLVIII. De modo procedendi et intrandi capitulum.

Item statuimus et ordinamus, quod quicumque subditus noster cujuscumque status vel conditionis fuerit coram nobis de debito per creditorem suum impetitus, convictus et condempnatus tenebitur de summa in qua condempnatus fuerit creditori satisfacere aut ipsum alias contentare infra quatuordecim dies immediate hujusmodi condempnationem subsequentes, dum-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

modo summa illa non sit ulra quatuor Renenses et si major est, infra unum mensem; si tamen debitum fuerit adeo magnum, quod per ejus solutionem debitor non habuerit, unde sustentetur, volumus et declaramus ipsum exnunc prout extunc fore et esse suspensum in mediis fructibus et emolumentis prebende seu beneficii sui aut officii vel deserviture in usus creditoris cedendis, secus vero faciens infra limites ecclesie nostre permanere tenebitur juxta tenorem aliquorum statutorum mentionem de inclaustratione facientium, donec tali creditori satis fecerit vel ipsum alias contentaverit, et de hoc decano cum duobus canonicis fidem fecerit sufficienter.

Item quia maxime decet morisque et observantie sancte dinoscitur in venerabilibus ecclesiis secundariis Leodiensis et aliis collegiatis ipsius dyocesis, quod negocia ipsarum ecclesiarum et quecumque cause, que in capittulis earumdem referri, tractari vel deduci et expediri habent et consueverunt seu que ad cognitionem, forum et examen dominorum de capitulis talium ecclesiarum que spectant et pertinent ratione jurisdictionis ecclesiastice earumdem fieri ac persequi et expediri debent in loco congruo sive capitulari pro talibus deputato eciam ipsis dominis de capitulo absque strepitu ac scientia et minime in conspectu laicorum et secularium personarum. Nos decanus et capitulum hujus venerabilis ecclesie de Breda eciam hujusmodi laudabilem observantiam et publicam honestatem insequi volentes ex certa nostra sciencia debitaque et matura deliberatione per nos desuper capitulariter prohabita quemdam abusum dampnandum et penitus abolendum decrevimus, quo nonnulli de suppositis dicte nostre ecclesie existentes ac eciam alii clerici sive ecclesiastice et seculares persone coram nobis in loco nostro capitulari congregatis sive eciam capitulantibus instancias aliquas sive actus aut expeditiones judiciales aut alias ibidem facere vel prosequi habentes sepius quamplures laicales et seculares aut eciam conjugatas personas plerumque indiscretas de quibus eciam ad hujusmodi eorum negocia opus non est impudenter aut ex pompa secum introducere presumpserint et in dies adducere nosque cum illis in nostris tunc agendis plurimum inquietare et perturbare non verentur, statuentes ob hoc et ordinantes ac presentium serie declarantes. quod dum et quociens quispiam ecclesiasticus aut clericus vel

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

secularis persona, que sublimis status non fuerit pro suis instanciis negociisve seu causis aliquibus coram nobis aut in nostro capitulo persequendis ac deducendis et expediendis nos et locum nostrum capitularem predictum accedere habuerit et accesserit, hujusmodi locum solus vel sola intrare debet sua illic coram nobis negocia modeste relaturus et peracturus, adducendo eciam secum quatenus aliquem virum probum et intelligentem, qui verbum suum gerere vel preferre aut ipsum in causa pro qua venit dirigere poterit et similiter facere poterint plures persone quales preferuntur que unius et ejusdem cause vel interesse consortes vel principales censentur adducendo cum eis aliquem probum, doctum vel discretum virum pro saniori instructione et expeditione ipsorum cause hujusmodi. Si eciam pro eorumdem intentione in talibus eorum causis probanda sive docenda testibus indigeant et illos ibidem producere velint et expediri petierint tales suo tempore libere adducere poterunt alienos sive extraneos alios ad causas hujusmodi minime necessarios semper dimittendo. De notariis eciam ac testibus, quibus in et pro negociis sive causis coram nobis in capitulo ut prenarratur, agendis et expediendis aliquociens opus fuerit, nos qui ad hoc nostros scribas et notarios juratos probos et legales atque expertos, qui testes ydoneos adhoc potius adhibere scient et poterunt, habemus, non volumus preter illos vel alios de ecclesia nostra existentes per quempiam alios extraneos pro actibus aliquibus in nostro capitulari loco celebrandis deinceps inantea in seu ad locum hujusmodi adduci vel admitti notarios aut testes quoniam per aliquorum talium imperitiam et indiscretam sive malam aut eciam sinistram quam partibus aut personis illic coram nobis agere aut persequi habentibus aliquociens tradunt informationem partibus ipsis in eorum jure fomentum inique cause nobisque et ecclesie nostre predicte turbationes et infestationes importunas persepius ignari comperimus et experti sumus.

Preterea si aliquis clericus aut ecclesiasticus pro receptione ad canonicatum vel aliquod beneficium prefate nostre ecclesie instans duos tres vel civiter amicos viros siquidem discretos honestatis dumtaxat gracia secum ad locum nostrum capitularem adduxerit, tales sic admittere utique contentamur injungentes deinque sub obedientie penis omnibus et singulis

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

capellanis choralibus et aliis subditis quibuscumque et signanter virgifero seu bastionario pro tempore ecclesie nostre sepedicte, quatenus premissis pro quanto eos aut eorum aliquem concernere poterit, in futurum diligenter intendant atque curent artius observare seque juxta ea suis temporibus laudabiliter regulare.

XLIX. De inclaustratis.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque de clero nostro pro excessibus et culpis exigentibus per nos inclaustratus seu inecclesiatus fuerit, hoc est infra limites ecclesie nostre positus, toto illo tempore inclaustrationis sue durante in ecclesia vel in cimiterio permanebit indutus religione sua quam deferre solet chorum frequentando, nisi secum per nos fuerit dispensatum, et tenebitur interesse singulis horis canonicis a principio usque finem intrando de mane ecclesiam in compulsu pro matutinis vel circiter, illic fixe manendo usque sero et ad illam horam per nos juxta congruentiam temporis sibi prefigendam. Poterit tamen talis sic ut prefertur per nos inclaustratus necessitate compulsus operis nature sine religione ecclesiam exire et ad locum competentem transire et hiis peractis sine mora notabili ad ecclesiam redire et ibidem sicuti prius cum religione perseverare et alias non. Et si sic inclaustratus in aliquo premissorum defecerit, licencia a decano et capitulo desuper non petita et obtenta, injunctionem ipsarum de novo debet inchoare, nichilominus tamen super temeritate, negligencia et inobediencia eumdem prout justum fuerit artius corrigemus. Insuper per nos inclaustratis inhibemus ne dicto inclaustrationis durante tempore tumultus, clamores, derisiones aut convicia facere seu tenere vel interesse tenentibus aut ludos exercere quovismodo presumant. Si vero contrarium fecerint ad arbitrium decani et capittuli graviter puniatur.

L. De fleubothomatis.

Item statuimus et ordinamus, quod fleubotomatus tribus diebus continuis remanere possit liber absque hoc quod aliquod de anniversariis et distributionibus emittat, dummodo tamen hujusmodi fleubothomationem decano insinuaverint vel in ejus absencia vicedecano, si vero canonicus fuerit scriptori absentium et ipse ulterius decano insinuare habebit.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LI. De testamentis.

Item statuimus et ordinamus, quod executores subditi nostri cujuscumque defuncti statim testamentum decano et capitulo visitandum et approbandum exhibeant et ostendant ac sigillum ejusdem cancellandum notario nostro tradant antequam se de hujusmodi executione quomodolibet intromittant ponantque si laici sint aut alii in ecclesia nostra non beneficiati, cautionem ydoneam de stando juri coram nobis et de faciendo nobis anno revoluto legalem computationem et approbato testamento et inventario facto bona ad executionem pertinencia apprehendant et ultimam voluntatem defuncti fideliter exequantur, faciendo post exequias decentes proclamari, ut in omnes creditores ipsius defuncti et a quibus aliquid extorserat compareant certa die verificaturi sua credita tam per testes quam alia legittima documenta et tunc ipsi executores seu manufideles primo capitulo de juribus ecclesie sue persolvant, postea de convicto, deinde secularibus et servitoribus domesticis, consequenter creditoribus et a quibus aliquid extorserat, demum legatariis, cuilibet pro rata bonorum defuncti satisfaciat. Volumus propterea, quod si subditus noster aliquas ordinationes nomine et per modum testamenti fecerit coram testibus eciam si non scribat aut nullo presente sua propria manu scribat aut per alium scriptum suo proprio aut privato sigillo sigillet vel alias quocumque modo faciat, dum tamen legittime constare poterit hoc fore et fuisse intentionis ejusdem, hoc semper reputetur testamentum sufficiens nec talis sic faciens intestatus discedere censeatur, sicut nec eciam si executores alicuique prescripti onus executionis acceptare recusent, tali namque casu decanus et capitulum curatores ex parte eorum deputare tenebuntur, qui ultimam hujusmodi voluntatem defuncti juxta posse et facultates eorumdem bonorum fideliter exequantur. Volumus insuper, quod si subditus noster omnino discedat intestatus, tunc debent decanus et capitulum ponere curatores ex parte eorum, facto prius inventario per notarium nostrum, qui legittime et caritative de bonis ipsius defuncti, prout de se fieri vellent disponant tali videlicet modo quo supra, cetera vero, que superfuerint ad ordinationem nostram disponantur.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LII. De mortuis associandis.

Item statuimus et ordinamus, quod ad deferendum processionaliter in ecclesiam quemcumque de clero nostro mortuum ac ad ejus vigilias et missam decantandas si ei competant, omnes et singuli de clero nostro conveniant mortuum gratis associando in missaque offerant et permaneant, donec funus fuerit inhumatum, secus faciens unum grossum veterem qualibet vice thezaurie nostre capituli absque remissione exsolvat.

STATUTA CANONICO CONCERNENTIA.

De die juridica.

Item statuimus et ordinamus quod in qualibet ebdomada sexta feria tamquam die juridica decanus et canonici capitulares in loco nostro capitulari statim post elevationem summe misse convenire debent, notario et bastionario nostro presentibus, ad servandum ibidem placita nostra supra adjurnacionibus coram nobis factis et de consensu decani emanatis causisque partium tandem auditis et examinatis, justiciam unicuique secundum rationem et equitatem prestare dictabunt, et si in ipsa feria sexta festum celebre evenerit, tunc feria quinta, quarta aut proxima feria minime per festum occupata suffragari debet et tali die tanquam juridica partes comparere habebunt.

De modo indicendi capittulum.

Item statuimus et ordinamus ac declaramus quod decanus seu in ejus absentia vicedecanus tociens quociens sibi visum fuerit expedire, capitulum indicere poterit sub pena unius stuferi vel dimidii, prout arduitas negocii requirit et servabitur capitulum statim post matutinas seu missam matutinalem, que vocatur de zielmisse, ut ipsi canonici commodius poterint horis et precipue summe misse interesse, nec aliquis evadet penam talem nisi permanserit ad finem ipsius capituli vel licentiatus fuerit per decanum et capitulum et conscribantur inibi acta et actitata per notarium capituli, dum res conclusa fuerit, que tempus futurum inspicere poterit.

De deputatione vicedecani.

Item statuimus et ordinamus pro majori tranquillitate quod decanus, quamdiu residens fuerit, poterit dum se ad dies

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

aliquos absentaverit, vel dum alias prepeditus fuerit, in capitulo presentibus dominis quociens sibi placuerit vel una vice pro omnibus usque ad revocationem suam deputare vicedecanum, cui singuli de ecclesia ipsa in choro, capitulo et alibi sicut decano obedire tenentur, absentia seu impedimento hujusmodi durante, nec poterit capitulum ipsum quamdiu resederit dare vel deputare vicedecanum aut seniorem canonicum pro vicedecano recipere, nisi decanus recusaverit seu neglexerit vicedecanum deputare vel recusaverit facere quod ad suum spectaret officium, siquidem si casus occurreret, qui commodum vel incommodum persone ejusdem decani respiceret notabiliter, habet ipse decanus exire capitulum quamdiu canonici desuper deliberent et tunc senior canonicus absque ulteriori deputatione vicedecani inquirere habet vota canonicorum et concludere et tunc decano revocato et sibi reposito alia negocia sive prius sive posterius expedientur et minime nomine vicedecani. Nec quispiam canonicorum appellari debet vicedecanus decano presente, sub cujus eciam nomine nisi deputatus fuerit in casibus premissis, convocandi sunt canonici ad capitulum nec eciam tunc ad alium locum quam locum capitularem, ut sic privata conventicula et materia conspirationis et controversie cessent, ita quod jus decanale servetur illesum quoad singula et precipue eciam quod funeralia et oblationes canonicorum et capellanorum ejusdem ecclesie eo quod talia spectent ad decanum more antiquo quamdiu residentiam in ecclesia fecerit, eciam si in die exequiarum vel oblationum hujusmodi absens vel impeditus fuerit, non perdet cessante enim quacumque observantia circa hec presumpta.

De secretis capitularibus.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque canonicorum revelaverit secreta capituli vel quod debet esse capitulum in capitulo, talis ipso facto privatus est voce capitulari ad duos annos et nichilominus ibit per annum ad scolas certam portionem redditnum sive prebende ad arbitrium decani et capituli habiturus, verum quia sepius existit dubitatum quid debeat de secretis capitularibus interpretare seu significari, idcirco illam dubietatem amoventes statuimus, ordinamus ac declaramus

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

quod quociensque indictum fuerit capitulum per decanum seu in ejus absencia vicedecanum et ipsi canonici residentes et capittularcs inter se super materia proposita vel proponenda in absentia partium conferunt et eorum opiniones exprimuntur, omnia hec inter se solos et pariter existentes expressata dicuntur esse secreta capittularia, et precipue quando fuerint per decanum inhibita revelare juxta statutum Macharii.

De distributionibus lucrandis.

Item statuimus et ordinamus quod volens lucrari distributiones nobis relictas et in libro anniversariorum scriptas, tenebitur in matutinis novem lectionum comparere decenter in choro ante finem prime lectionis et in matutinis trium lectionum ante finem tercii psalmi et manere quousque fuerit cantata collecta post Benedictus. Item in missa ante finem epistole et manere usque ad complendam inclusive. Et in vesperis tenebitur compare ante ymnum et perseverare usque finem prime collecte.

De perdicione, quando non intersunt.

Item statuimus et ordinamus quod demptis hiis festis quibus canonici hactenus habent distributiones, in aliis quicumque canonicorum personaliter fuerit in matutinis ante finem 3e lectionis in triplicibus festis amittet unum dimidium stuferum, in duplicibus vero quartam partem similis stuferi ; item in festis novem lectionum octavam partem stuferi consimilis; similiter medietatem hujusmodi perditionis in matutinis amittet is, qui utrisque vesperis et summe misse hiis diebus non interfuerit, nisi aliquis eorum rationabili causa in hiis excusetur decano vel vicedecano insinuanda, sed canonicus super suis liberis diebus absens petita licencia nihil horum perdere debet de quibuscunque in hoc articulo expressis.

De scriba absentium.

Item statuimus et ordinamus quod ponatur scriba, qui fideliter dies absentium conscribat et signet per juramentum desuper prestitum ad instar ecclesiarum secundariarum Leodiensium.

De canonicis non in sacris constitutis.

Cum de jure beneficium datur propter officium, statuimus et ordinamus, quod novellus canonicus in sacris ordinibus

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

minime constitutus residenciam nobiscum facere volens faciat se in subdiaconum prius ordinari, ut sic servicia debita et onera secundum ordinem suum sibi incombentem decenter exequi et persolvere valeat, alioquin pro foraneo reputabitur et habebitur.

De missis canonicalibus.

Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, IIII nonas julii, anno quarto.

Ibid.

III.

Le pape Innocent VI informe les moines de Grandpré qu'il a désigné Herman pour leur abbé, à la suite de la démission de l'abbé Lambert de Gueldre, et leur recommande l'obéissance et le respect à son égard.

4 juillet 1356.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis conventus monasterii Gradisprati, Cisterciensis ordinis, Leo-

2 en chef et 1 en pointe. Cf. EUBEL, *Hierarchia cathol. medii aevi*, I, p. 18, 35, 46, 117, 386; FISQUET, *La France pontificale*. Diocèse de Nevers, pp. 53-55.

(1) Jean de Frasnes, abbé de Villers.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

diensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Summi dispositione, etc. (*usque* dirigetur, document I).

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus Hermannum abbatem pro nostra et apostolice sedis reverentia, benigne recipientes et honorifice pertractantes, exhibeatis eidem obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiendo humiliter et efficaciter adimplendo. Alioquin sententiam, quam idem Hermannus abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, IIII nonas julii, anno quarto.

Ibid.

IV.

Le pape Innocent VI charge l'évêque d'Utrecht, l'abbé de Saint-Laurent de Liége et le doyen de Sainte-Gudule de Bruxelles d'installer l'abbé Herman, d'écarter l'intrus Alard de Saint-Amand, et au besoin de faire appel au bras séculier.

16 février 1357.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri ... (1) episcopo Trajectensi, et dilectis filiis ... abbati monasterii S. Laurentii (2) extra muros Leodienses, ac ...

(1) Jean d'Arckel, nommé, en 1364, évêque de Liége, par le pape Urbain V, administra le diocèse d'Utrecht durant 22 ans. Il mourut en 1378 et fut inhumé à Utrecht.

(2) Jean de Cloyes, moine de Saint-Germain d'Auxerre, fut nommé abbé de Saint-Laurent de Liége le 23 mai 1355 (*Reg. Avin.* 129, fol. 75) et il signa l'obligation de ses services le 10 juin suivant (D. BERLIÈRE, *Oblig.*, n° 377). Il effectua le paiement d'une partie le 17 septembre 1356 et obtint prorogation de terme le 17 juin 1357 (*ibid.*, 374, 394). Il fut transféré à Saint-Bénigne de Dijon le 13 mai 1362 (*Reg. Avin.* 148, fol. 116) sans avoir achevé le paiement de ses services comme abbé de Saint-Laurent de Liége, ce qui lui attira, le 5 juillet 1363, une sentence d'excommunication (D. BERLIÈRE, *Oblig.*, n° 542, 571, 606, 611, 756, pp. 228-229). Sur cet abbé, cf. *Revue bénédictine*, XII, 1895, 436 437; D. BERLIÈRE, *Mélanges d'hist. bénéd.*, I, 81-82; *Suppliques d'Innocent VI* (Analecta Vaticano belgica, t. V, n° 411, note I, p. 167); CHOMTON, *Hist. de l'église de Saint-Bénigne de Dijon*, 229.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

decano eclesie S. Gudule Bruxellensis (1), Cameracensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum dilecto filio Lamberto de Gelria, monacho tunc abbate monasterii Grandisprati, Cisterciensis ordinis, Leodiensis dyocesis, regimini quidem monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio cum vacaret, per apostolice sedis providentiam, ydoneam preesse personam, provisionem ipsius monasterii ea vice dispositioni nostre duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefato monasterio ex eo vacante, quod dictus Lambertus, tunc abbas dicti monasterii, regimini ipsius monasterii, cui tunc temporis presidebat, in manibus dilecti filii Johannis, abbati de Villari, ordinis et dyocesis predictorum, patris abbatis ejusdem Grandisprati monasteriorum, ad quem tam ex institutis dicti ordinis per sedem apostolicam ex certa scientia confirmatis, quam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, receptio et admissio cessionis abbatis dicti monasterii Grandisprati pertinere dicitur, extra Romanam curiam, ex certis causis legitimis, libere et sponte cessit, dictusque Pater abbas cessionem hujusmodi extra curiam admisit eandem; nos, vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius monasterii Grandisprati celerem et felicem, de qua nullus preter nos ea vice se intromittere potuerat neque poterat, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem monasterio Grandisprati personam utilem et etiam fructuosam cum nostris fratribus habuimus diligentem, demum de persona dilecti filii Hermanni, abbatis Grandisprati, monachi tunc de Villari monasteriorum predictorum, eidem monasterio Grandis-

(1) Jean T'Serclaes, issu d'une famille illustre de Bruxelles, devint évêque de Cambrai en 1378. Il avait possédé des prébendes à Cambrai, à Liége, à Sainte-Gudule de Bruxelles, dont il fut aussi doyen. Au moment de son élection à l'épiscopat, il était archidiacre de Hainaut. Il mourut le 12 janvier 1388. Cf. Dom Ursmer Berlière, *Jean T'Serclaes, évêque de Cambrai*, ap. *Bijdragen tot de Geschiedenis bijzonderlijk van het aloude Hertogdom Brabant*, VI, 1907, pp. 245-256.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

prati, de dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica duximus providendum, preficiendo eum ipsi monasterio in abbatem, sibique curam et administrationem illius in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, eique possessionem fecimus per venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Ostiensem, apud sedem apostolicam munus benedictionis impendi, prout in litteris inde confectis, tam eidem Hermanno super provisione sua hujusmodi, quam dilectis filiis conventui dicti monasterii Grandisprati super receptione ipsius Hermanni et obedientia eidem exhibenda directis, plenius continetur. Cum autem postmodum, sicut exhibita nobis pro parte dicti Hermanni abbatis petitio continebat, idem Hermannus ad partes illas se transferens, prefatas litteras, per certum et sufficientem procuratorem suum, predictis conventui in dicto monasterio Grandisprati presentari fecisset, Alardus de Sancto Amando, monachus dicti monasterii Grandisprati, qui se in ipso monasterio Grandisprati intruserat, illudque occupaverat et detinebat, prout detinet occupatum, prefate provisioni nostre indebite se opponens, impedivit et impedit quominus ipsa provisio suum consequatur effectum, et dictus Hermannus ad regimen et administrationem dicti monasterii recipiatur et ipsius possessionem assequi et habere valeat, et nichilominus in vocem temere appellationis dicitur prorupisse, multaque bona, redditus et proventus dicti recipit et consumit, et secularibus et aliis personis, suis fautoribus et amicis illicite erogavit, et quamplura dampna eidem monasterio intulit ac fecit inferri, et per quosdam satellites suos eidem Hermanno abbati et fautoribus suis parari insidias procuravit, adeo quod idem abbas propter premissa ad dictum monasterium et ejus villas et bona absque persone periculo non audet accedere neque potest. Quare pro parte dicti Hermanni fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum predicta in apostolice sedis contemptum, gravem dicti monasterii lesionem, et ipsius Hermanni prejudicium cedere dinoscantur, providere ei super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur volentes quod hujusmodi nostra provisio suum sortiatur effectum, predictis supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium seu alios, eundem Hermannum abbatem

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

auctoritate nostra faciatis ad regimen et administrationem dicti monasterii Grandisprati recipi et admitti, sibique suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi, inducentes eum, vel procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem bonorum et jurium dicti monasterii, et defendentes inductum, amoto exinde dicto Alardo et quolibet alio detentore, invocato si opus fuerit auxilio brachii secularis, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, non obstante si eisdem subditis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Avinione, XIIII kal. martii, anno quinto.

Reg. Avinion. Innocentii VI, t. XVI, nº 136, fol. 484.

V.

Étienne, archevêque de Toulouse, camérier du pape Innocent VI, accorde à Herman un délai pour le paiement de la taxe due à la chambre apostolique à l'occasion de sa nomination à l'abbatiat de Grandpré.

2 juillet 1357.

Universis presentes litteras inspecturis, Stephanus (1), miseratione divina archiepiscopus Tholosanus, domini nostri pape camerarius, salutem in Domino. Ad universitatis vestre noticiam deducimus tenore presencium, quod intellecta mole gravaminum pro parte domini fratris Hermanni, abbatis monasterii Grandisprati, ordinis Cisterciensis, diocesis Leodiensis, que ipsum ad solvendas illas pecuniarum quantitates, ad quas solvendas dudum sub certis penis et sententiis sponte et libere

(1) Étienne Audebrand ou d'Audebrand, appelé aussi de Cambarou (*de Cambarutis*), appartenait à une noble famille d'Auvergne. D'abord moine à Saint-Allyre, au diocèse de Clermont, il devint ensuite prieur de Thuret près d'Aigueperse, maison dépendant de son abbaye. Le pape Clément VI l'appela près de lui à Avignon. Bientôt il le nomma abbé de la Celle, au diocèse de Troyes, puis évêque de Mont-Cassin le 14 mars 1343, ainsi que le constatent les archives du Vatican. Le

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

obligavit, reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa, usque ad festum omnium Sanctorum proxime venturum, terminum sibi duximus prorogandum, ita tamen quod si in dicto termino sibi prorogato non satisfacerit, de premissis penis et sententiis quibus tenebatur antea sit astrictus (1).

Datum Avenione, die secunda mensis iulii, anno millesimo CCC° LVII°, indictione decima, et pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Innocentii, divina providentia pape VI, anno quinto.

Livre des quittances sous Innocent VI, ap. Reg. d'Avignon, t. 122, fol. 10 v°; aux archives vaticanes.

13 février 1345, il fut nommé évêque de Saint-Pons de Tomières. Clément VI le fit son camérier et son trésorier. Transféré par une bulle du 4 août 1348 à l'archevêché d'Arles, Étienne Audebrand ne fit que passer sur ce siège; car le 22 décembre 1350, il fut pourvu de l'archevêché de Toulouse, qu'il gouverna jusqu'au 15 mars 1360, époque de sa mort.

Etienne Audebrand portait pour armoiries : *d'azur à deux fasces d'or, accompagnées en chef de trois besans d'argent.* Cf. EUBEL, *Hierarchia medii aevi.* I, 104, 175, 426, 515; FISQUET, *La France pontificale,* Archidiocèse d'Arles, 601-602.

(1) L'abbé Herman avait souscrit l'obligation de ses services le 2 juillet 1356 (DOM BERLIÈRE, *Oblig.*, n° 371). La prorogation de terme qu'il obtint prouve qu'il n'était pas encore à même de payer.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

DEUX LETTRES

SE RAPPORTANT A LA

Substitution de la Somme de saint Thomas aux Sentences de Pierre Lombard

dans l'enseignement de la théologie à Louvain en 1596.

Dans la première livraison des *Analectes* de l'année passée (T. XXXIV, pp. 48 svv.) M. le professeur Brants a publié quatre lettres, émanées de Philippe II, se rapportant à la création d'une seconde chaire royale de théologie scolastique à Louvain et à la nomination de Malderus à l'Université en 1596. Nous connaissons deux autres lettres se rapportant à ce sujet, et plus spécialement à la substitution de la *Somme de saint Thomas* au *Livre des Sentences de Pierre Lombard* (1). Nous croyons

(1) En 1558 Philippe II avait fait communiquer à la Faculté de théologie le projet de rédiger un nouveau cours de théologie qui aurait remplacé les Sentences de Pierre Lombard. L'avis « d'hommes soucieux des intérêts de la Religion Catholique » que le roi fait transmettre, montre très bien les avantages qu'on retirerait de cette substitution. La Faculté ne nie pas ces avantages, mais elle fait observer que ce cours complet de théologie, pour avoir de l'unité, doit être écrit par un seul auteur et que ce travail demande un homme qui ait du talent, des forces et du temps : « qualem profecto non est apud nos invenire in tanta magistrorum paucitate, quorum alios aetas aut valetudo gravat, alios quotidianae aut frequentes praelectiones, aliosque arduae occupationes publicae distinent. » Cfr. *Annuaire de l'Université de 1844*, pp. 89 svv. — On ne peut pas exagérer l'importance accordée au *Maître des Sentences* dans l'enseignement de la théologie au XVIe siècle. Ainsi, par le rapport que le Recteur adressa au duc d'Albe en 1568, nous savons qu'aucun professeur ordinaire ne s'occupe des Sentences, le professeur royal Hunnaeus en est seul chargé : il est vrai qu'il doit « lire » tous les jours, mais c'est le seul professeur de la Faculté dont l'autorité ait appris qu'il ne satisfait pas à son devoir. Cfr. *L'Université de Louvain en 1568*, par H. VANDER LINDEN, dans le *Bulletin de la Commission royale d'histoire*, LXXVII (1908), pp. 9 svv. — La réponse du duc d'Albe à ce rapport a été publiée dans l'*Annuaire de l'Université de 1846*, p. 119 : « en ce qui touche la profession royale *Magistri Sententiarum* » on tiendra « la main à ce que le tout fut bien leu et entretenu. » — On aurait bien tort de penser que jusqu'à la fin

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

être agréable aux lecteurs des *Analectes* en les leur communiquant.

Les deux lettres sont adressées à l'Université : la première par le Conseil d'État, le 12 juin 1595 : en exécution de la lettre du 28 décembre de l'année précédente (1), le Conseil demande d'aviser aux moyens d'introduire la lecture de saint Thomas ; la seconde par l'archiduc Albert, le 26 mars 1596 (la veille du jour où furent signées les lettres patentes d'érection de la nouvelle chaire) (1) ; elle annonce la nomination de Malderus et demande qu'on « tienne la main que les escoliers hantent et fréquentent les deux leçons... en la dite théologie de saint Thomas, en lieu du Maître des Sentences ».

De cette seconde lettre nous avons trouvé une copie, de la main de J. F. Van de Velde, le dernier président du Collège du Saint-Esprit avant la suppression de l'Université (2). Nous ne connaissons pas d'autre texte de ce document, et nous pensons qu'il ne fut jamais imprimé.

du XVIe siècle la doctrine de saint Thomas ait été négligée à la Faculté de théologie de Louvain. De nombreux Dominicains y ont pris le bonnet doctoral et y ont enseigné, même cet ordre comptait habituellement un de ses religieux parmi les huit Régents formant le Stricte Collège : chez eux surtout on trouve des disciples dévoués au Docteur Angélique. Citons en deux : *Petrus Piscatoris* de Hoogstraeten, mort en 1507, a mérité le titre de « Sancti Doctoris (Thomae) doctrinae armarium repertissimum » (VALÈRE ANDRÉ, *Fasti Academici Studii Generalis Lovaniensis*, 2e éd. Louvain, 1650, p. 97) ; *Vincentius Theodorici* de Harlem édita en 1514 à Paris, en collaboration avec Pierre de Nimègue, la troisième partie de la Somme « scoriis evulsis, quotationibusque adjectis » (*ibid.*, p. 104 ; PAQUOT, *Mémoires pour servir à l'histoire littéraire*, etc. Louvain, 1770, VIII, p. 156). Cfr. P. GILLET, O. P., *Les Dominicains*. Bruges [1909], pp. 83 svv. — On sait qu'en 1575 parut chez Plantin à Anvers, avec une dédicace à Pie V, *Sancti Thomae Aquinatis Summa totius theologiae...*, « quorumdam Lovaniensium theologorum praecipue vero nunquam satis laudati theologi D. Augustini Hunnaei, opera et labore maximo » (*avertissement de l'imprimeur*). Le texte de Plantin fut reproduit dans les éditions de Venise et de Bergame. Cfr. PAQUOT, *Mémoires*, XI, p. 279.

(1) M. BRANTS, *l. c.*

(2) Sur ce professeur voir TH. DE DECKER, *Jan Frans Van de Velde* (1743-1823). Saint-Nicolas, 1897. — Cette copie se trouve aux Archives générales du Royaume, Fonds de l'Université, nº 2900.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

De la première lettre nous ne possédons qu'une traduction latine. Paquot la donne dans ses *Fasti Academici Lovanienses* manuscrits (1), en complétant le texte où Valère André parle des chaires royales de théologie (2); il l'emprunte au Dominicain Harney (3), qui l'a copiée du Dominicain Deurwerders (4). En appendice à son discours, Harney donne la traduction latine des textes qu'il a cités « idiomate Burgundico sive Gallico » (p. 136): après la version des lettres de Phillppe II à l'archiduc Ernest du 28 décembre 1594, à l'archiduc Albert du 1 novembre 1595 et du 1 juin 1596 (5), il donne, d'après Deurwerders, la lettre du 12 juin 1595, comme elle se trouve dans cet auteur, c'est à dire « non nisi ex Burgundico translata in Latinum » (p. 139) (6). Il corrige quelques fautes manifestes qui proviennent de ce que « interpres non satis intellexit linguam, qua epistola primum fuit conscripta » (p. 141). Comme les opuscules de Harney et de Deurwerders sont assez rares, nous donnons aussi le texte de cette lettre; même après les corrections apportées par Harney et Paquot, cette version latine n'est pas un modèle d'élégance.

(1) Sur Paquot, voir V. CHAUVIN, *Jean-Noël Paquot*. Liège, 1901. Pour les *Fasti Academici* manuscrits voir *ibid.*, p. 35. Le texte que nous utilisons commence à la page 8 du tome I, et continue, faute de place, à une des feuilles laissées en blanc avant la page 1.

(2) *O. c.*, p. 79. Voir aussi NICOLAI VERNULAEI *Academia Lovaniensis*, 2e édit. Louvain, 1667, p. 39.

(3) *Oratio in laudem Doctoris Angelici S. Thomae Aquinatis*, dicta Lovanii 1678 et Bruxellis 1679 : nunc aucta per F. MARTINUM HARNEY, S. T. D., Priorem provincialem Ordinis Praedicatorum, etc. Bruxelles, 1683. Voir PAQUOT, *Mémoires*, VI, p. 13.

(4) *Militia Angelica divi Thomae Aquinatis*, auctore FRANCISCO DEURWERDERS, Antverpiensi, Ordinis Praedicatorum. Louvain, 1659. Cfr. TH. HALFLANTS, O. P., *La Milice angélique ou Cordon de S. Thomas à l'Université de Louvain*, dans l'*Annuaire de l'Université de 1861*, p. 72. Voir PAQUOT, *Mémoires*, X, p. 188.

(5) Harney donne le texte français de ces trois lettres, pp. 89 svv. Les quatre lettres reproduites par Harney sont reprises par Paquot dans ses *Fasti Academici* manuscrits, *l. c.*

(6) DEURWERDERS, p. 200, donne aussi la traduction latine de la lettre du 28 décembre 1594 — il la date du 28 novembre ; il n'a pas les autres lettres.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

I.

Lettre du Conseil d'État à l'Université (1).

Domini. Ex duplicato epistolae, quam Sua Majestas scripsit Serenissimo Archiduci Ernesto (felicis recordationis) (2), cujus copia hic jungitur, cognoscetis bonum et sanctum propositum quod demonstrat in promovendo et augendo studium Sacrae Theologiae Scholasticae, in suis Universitatibus Lovaniensi et Duacensi ex praelectione publica quam intendit faciendam esse in Divo Thoma Aquinate, imitatione Hispaniarum et aliorum locorum (quod idem et nos intendimus, et id quod vos ipsi antea petiistis et supplicastis) (3). Porro ut semel possit executioni mandari haec pia intentio, expetimus nos, ut inter vos de modo et forma meliori conveniatis, quo res possit stabiliri ; et ut admoneatis nos, quoad omnia quae expedire censueritis. Et hoc quantocius, ne tempus elabatur, et penes vos sit in hac re defectus. Deus Opt. Max. vos, Domini, incolumes servet.

Bruxellis, die XII mensis Junii, anno 1595.

De mandato Dominorum Concilii Status in absentia Suae Excellentiae (4).

H. A. V^t^. Praetz.

Locus sigilli regii.

(1) Les trois sources donnent à la lettre ce titre-ci : *Concilii sanctioris litterae Dominis Rectori et ceteris de Facultate Lovaniensi.* Le mot *Facultas* est mal choisi : il désigne ici l'Université, ou plutôt le Conseil de l'Université.

(2) Deurwerders a placé ces mots après Sua Majestas. Harney fait remarquer, à juste titre, qu'ils se rapportent à Son Altesse l'archiduc Ernest, mort la nuit entre le 20 et le 21 février.

(3) Ces mots se trouvent entre parenthèse chez Deurwerders et dans les deux auteurs qui dépendent de lui. Ce texte montre que l'Université a demandé l'introduction de la *Somme de S. Thomas.* D'après l'*Imago primi sæculi Societatis Jesu,* III, 3, « Lovaniensibus ut id facerent (substituer la Somme aux Sentences) author fuit praecipue Bellarminus ».

(4) Hoc accipi debet de absentia Comitis de Fuentis, qui Ernesto successerat, et cui competebat titulus Excellentiae, Ernesto autem titulus Celsitudinis. Aberat tunc Bruxellis Comes, occupatus circa Veromanduos (HARNEY).

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

II.

Lettre de l'archiduc Albert à l'Université (1).

Albert par la grace de Dieu cardinal archiducq etc. lieutenant Gouverneur et Capitaine général.

Venerables tres chiers et bien amez. Vous verrez par la commission, que vous exhibera le docteur Malderus le choix, que le Roy monseigneur a faict de sa personne pour enseigner en l'Université de Louvain la Théologie scholastique de St. Thomas et pour ce que nous désirons que en suite de la bonne et sainte intention de Sa Majesté veilliez docteur Malderus commence au plustost la lecture de la dite leçon, nous vous avons bien voulu faire ceste pour vous requerir, et neantmoins (2) au nom et de la part de sa dite Majesté ordonnons que non seulement vous ayez à luy designer à ces fins telle heure après midy, que jugerez plus commode et convenable pour les escoliers, mais aussi tenez la main que iceulx escoliers hantent et frequentent les deux leçons (3), qui se feront ordinairement et du matin et après midy en la dite Theologie scholastique de St. Thomas en lieu du maître des Sentences, qu'entendons y avoir esté leu jusques ores, en procurant par vous, que pour le moins ce pied soit ensuivy maintenant après ces pasques prochaines, si ja l'on n'a commencé. Et confiant que n'y vouldriez faillir nous prions Dieu, qu'il vous ait, venerables, tres chiers et bien amez en sa sainte garde.

De Bruxelles, le XXVIe de mars 1596.

A. V. Albert Card.
Verreyken.

(1) J. F. Van de Velde donne à la lettre ce titre-ci : *Alberti Archid. Epistola de lectione Scholastica collata Jo. Maldero.* — Nous conservons l'orthographe telle qu'elle se trouve dans Van de Velde, mais nous écrivons au complet les mots abrégés.

(2) Lecture douteuse.

(3) Les cours donnés par *Clarius* et par *Malderus*. Clarius occupait, depuis 1593, la chaire royale de théologie scolastique fondée par Charles V en 1546 : en 1596 Clarius remplaça le *Livre des Sentences* par la *Somme de S. Thomas*. Cfr. VALÈRE ANDRÉ, *o. c.*, p. 79, et PAQUOT, *Mémoires*, IX, p. 155. — La Visite de 1617 détermine la manière dont les deux professeurs de théologie scolastique se partageront la matière pour pouvoir expliquer, en un cours complet de

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Les documents concernant la création de la seconde chaire royale de théologie scolastique et l'introduction de la Somme de saint Thomas au programme de l'enseignement ont été utilisés dans des luttes, d'ordre divers, à l'Université. Ils sont invoqués non seulement quand, en 1681, le Père Lupus (1) est nommé à cette chaire, à laquelle était attaché, d'après l'acte de fondation, un bénéfice séculier, mais aussi et surtout dans la lutte entre les Thomistes et les Jansénistes, entre les partisans de saint Thomas et les prétendus disciples de saint Augustin. L'opuscule du Père Harney forme un

sept ans, toute la Somme de S. Thomas. E. REUSENS, *Documents relatifs à l'histoire de l'Université de Louvain*, I, p. 613, et *Analectes*, T. XXIX, p. 197.

(1) Voir M. BRANTS, *l. c.*, p. 52. Aux Archives générales du Royaume, Fonds de l'Université, les numéros 875 et 877 renferment des dossiers se rapportant à cette nomination : on y trouve des suppliques d'autres candidats (parmi lesquels il y a aussi des Dominicains), des mémoires, des protestations auprès du roi et du gouverneur, avec pièces à l'appui : entre autres une copie des lettres patentes de 1596, des actes d'opposition à Lupus, etc. — Quand, le 15 mai 1681, l'Université apprend qu'un religieux est nommé professeur royal, et qu'un de ses candidats, le docteur Huygens, obtient la prébende, sans la leçon, elle écrit immédiatement au roi pour lui dire que « c'est avec le dernier deplaisir et une tristesse qui ne se peut exprimer qu'on vient d'apprendre qu'icelle leçon... serait conférée au Docteur Lupus de l'ordre de S. Augustin... Cette dernière collation ne peut avoir été faite que par le rebaudement et renforcement des importunités précédentes ». Ces « importunités précédentes » ce sont les efforts que les religieux ont faits, lors du départ de Malderus et à la mort de son successeur Mercerus, pour obtenir la seconde chaire de théologie scolastique. — L'union de prébendes canonicales de l'église Saint-Pierre aux leçons ordinaires de théologie avait été faite par Eugène IV en 1443, en 1567 S. Pie V avait approuvé l'union de prébendes aux leçons royales créées jusqu'alors : il n'en avait pas été de même pour la leçon royale créée en 1596; Philippe II avait uni à cette leçon la première prébende à sa collation qui viendrait à vaquer, en faveur de « Messire Jehan de Maldere et ses successeurs » (M. BRANTS, *l. c.*, p. 50), mais il manquait à cet acte l'approbation papale : les réguliers essayent d'obtenir cette chaire, alors qu'ils sont exclus de toutes les autres à cause des bénéfices séculiers qui y sont canoniquement attachés. — Dans la lettre citée plus haut, « l'Université demande... que Votre Majesté soit servie de porter le remède à ce que dessus, et d'ordonner ensuite à son Ambassadeur à la Cour de Rome de faire entendre sa Royale Volunté au

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

des épisodes de cette lutte (1) et le Père Deurwerders, tout en traitant une question de dévotion, n'omet pas de développer le respect de l'Université pour le Docteur Angélique, et l'union intime qui a toujours existé entre l'*Alma Mater* et les Dominicains, défenseurs de saint Thomas : on voit que le bruit des luttes extérieures a pénétré dans la cellule du moine.

H. DE JONGH.

St. Siège touchant l'union de la licte prébende et leçon, affin d'obtenir la provision canonique de Sa Sainteté, la quelle on espère y sera disposée, puisqu'elle fait si publiquement éclater la satisfaction qu'Elle a de ladicte Faculté théologique pour le maintien de la quelle ladicte union est nécessaire. » La même demande est encore renouvelée le 3 juin 1681 : « Humillime rogamus Majestatem Suam, ut non dedignetur requirere S. D. N. Innocentium XI, qui lectionem theologicam a Philippo II erectam canonice uniat cum praebenda, qua hactenus gavisi sunt, quotquot lectionem a prima erectione possiderunt ; quemadmodum ipse Philippus II lectiones academicas a patre Carolo erectas canonice uniri praebendis praefatae ecclesiae S. Petri petiit a Pio V Pontifice Maximo... » (*Archives*, nº 875). Le numéro 853, pp. 849 svv., donne les procès-verbaux des séances de la Faculté de Théologie consacrées aux démêlées avec Lupus. Voir aussi le numéro 2994 qui contient un rapport détaillé sur les chaires qui existent à Louvain au milieu du XVIIIe siècle : on y trouve plusieurs pièces justificatives se rapportant aux traitements, aux charges etc. des différents professeurs.

(1) Quand Harney prononce son panégyrique, on est en plein dans les difficultés, suscitées à propos du conseil d'Alexandre VII, que Lupus apporta à Louvain en 1660, de suivre toujours « praeclarissimorum Ecclesiae Catholicae Doctorum *Augustini et Thomae* inconcussa tutissimaque dogmata », et on est en instance auprès du roi pour l'envoi d'une ambassade à Rome, qui demandera des instructions, entre autres, « super doctrina et auctoritate Sanctorum Ecclesiae Doctorum *Augustini et Thomae Aquinatis*, qui scholae nostrae patroni sunt, et quorum dogmata prae reliquis tutissima et inconcussa a Sancta Sede Apostolica sunt serio commendata, et tamen a quibusdam irreverenter tractantur et vilipenduntur ». (HARNEY, *o. c.*, pp. 83, 88.) Sans doute l'auteur cite les lettres royales pour assurer aux Thomistes la protection du successeur de Philippe II ; voici comment il les introduit : « Qua mente sit et Regia Majestas, audire est ex tribus Regiis Rescriptis prudentissimi Regum Philippi II ad Serenissimos Archiduces Ernestum et Albertum, quorum exemplaria ab Illustrissimo viro Joanne Baptista Christyns, Regio nuper ad Tractatus Neomagenses Legato Plenipotentiario benignissime mecum communicata hic subiecto » (p. 89).

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

L'APPELLATION DU CLERGÉ DE FLANDRE

CONTRE LES VEXATIONS DE L'ANTIPAPE CLÉMENT VII (1379)

PAR

F. BLIEMETZRIEDER

PRIVATDOZENT A L'UNIVERSITÉ DE GRATZ (AUTRICHE).

Le document que nous publions ci-après a déjà été signalé par M. N. Valois dans son excellent ouvrage sur le grand schisme (1). D'après l'hypothèse de M. N. Valois, l'*Appellacio cleri Flandrensis* devait dater de l'année 1379. Un récent article de M. N. De Pauw, intitulé *L'adhésion du clergé de Flandre au pape Urbain VI* (2), vient fournir les éléments pour se prononcer avec plus de certitude dans le débat. Le savant procureur général publie en effet à la fin de son article l'acte d'adhésion de tout le clergé de Flandre au pape Urbain VI, rédigé lors de la convocation de l'assemblée à Gand, le 3 juin 1379 (3).

Or, cet acte permet de fixer définitivement la date de l'*Appellacio*.

Il est en effet peu vraisembable que le clergé flamand réuni à Gand du 1r au 3 juin 1379 se soit contenté de rédiger uniquement l'acte d'adhésion publié par M. De Pauw.

Cet acte d'ailleurs fait lui même mention de la *délibération* du clergé « prout in quadam cedula tenor subsequenter plenius continetur ».

Cette *délibération* a donc été mise par écrit, mais on ignorait jusqu'ici son existence.

Or, l'*appellacio* présente précisément une « délibération », une discussion sur les élections respectives d'Ur-

(1) *La France et le grand schisme d'Occident*, t. I., p. 258.

(2) *Bulletins de la Commission Royale d'Histoire de Belgique*, t. LXXIII (1904), pp. 671-702.

(3) De ce document provient le passage inséré dans la *Vita 2a Clementis* de Pierre de Herenthals, imprimée dans BALUZE, *Vitae Paparum Avenionensium*, t. I, p. 551.

Digitized by Google

Original from
UNIVERSITY OF CALIFORNIA

bain VI et de Clément VII. D'autre part, il faut avouer que la situation dépeinte par le document publié par M. De Pauw diffère quelque peu de celle que suppose notre document. Dans celui-là, le clergé de Flandre se montre très ferme dans ses vues et dans ses résolutions; dans celui-ci, il apparaît plutôt perplexe et indécis. Tout en se déclarant adhérent et obédient au pape de Rome, Urbain VI, le clergé flamand s'excuse près du pape d'Avignon, Clément VII. Toutefois on ne peut oublier que l'acte d'adhesion est plutôt une *notitia* sur la convocation du clergé à Gand, qui rapporte brièvement les événements et les résolutions, sans les motiver. Il se contente donc d'enregistrer sans commentaires l'acte final, l'adhésion à la cause d'Urbain VI.

On s'explique donc la différence entre les deux documents, différence qui ne reproduit pas précisément deux attitudes différentes. D'ailleurs, la situation du clergé de Flandre était critique au point de motiver sa perplexité concernant la conduite qu'il avait à tenir.

Aussi nous n'hésitons pas à rapporter l'*appellacio* à l'assemblée du clergé flamand à Gand, du 1r au 3 juin 1379. Et le fait que plusieurs passages très significatifs de l'*appellacio* reproduisent les termes de l'acte d'adhésion (1) nous confirme dans notre opinion.

Le contenu du document que nous publions est des plus intéressants.

En Flandre, la situation créée par le schisme était particulièrement dangereuse. La conservation de l'unité

(1) non audentes... sine ampliori consilio ab obediencia dicti domini Urbani, cui... iam diu obedire ceperunt recedere; nam... certos nuncios ad plura studia generalia et alibi tam ad Italiam quam alia loca remota pro informacione facti et iuris propriis sumptibus transmiserunt.

Conférer dans l'acte adhésion l. c. p. 693, 696 : hactenus dominum Urbanum... reputavimus et tenuimus pro papa, et eidem obedimus tamquam pape... non audemus recedere ab ejus obediencia, et per consequens nec alteri adherere, nisi super hoc habito maturo consilio, pro quo habendo intendimus mittere, ubi fuerit oportunum... missis tandem certis nunciis... propriis sumptibus ipsius cleri ad Italiam... ad diversa studia et alia remota pro informacione...

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

religieuse et de la tranquillité dans le peuple flamand par l'adhésion à Urbain VI était donc un acte de grande prudence politique de la part du clergé. Au reste, l'acte d'appellation « ad sanctam ecclesiam Romanam sedem apostolicam » contre les vexations des Clémentistes devait rester vaine et le clergé se trouva livré à la force et à la violence.

Le raisonnement sur la validité des élections respectives d'Urbain VI et de Clément VII reflète entièrement les idées urbanistes. Les arguments juridiques sont empruntés au docteur de Bologne, Jean de Lignano (1), et aux autres polémistes qui publièrent des « consilia » sur la brûlante question. Point de trace des idées des controversistes clémentistes, les cardinaux Pierre Flandrin, Pierre de Barreria, Pierre Amelii et les autres. Naturellement, les délégués flamands allèrent chercher leur documentation *versus Italiam et alia loca remota.*

Sur un seul point toutefois, les Flamands prenaient une attitude indépendante, ni urbaniste, ni clémentiste. Dans leur appellation à un concile général, ils agissaient comme toutes les âmes perplexes et travaillées par le doute. Il suffit de rapprocher les écrits d'un Henri de Langenstein ou d'un Conrad de Gelnhausen, rédigés à Paris à la même époque (2).

Exceptionnelle et singulière au contraire est l'idée du clergé de Flandre d'arriver aux avantages du concile

(1) *L'annaliste J. Meyer raconte* : In tanta nihilominus animorum perturbatione Ludovicus coacto Gandavum totius sacerdotii sui conventu consultat, utri potius papae parendum existimarent. Verum quum nutare sententiae viderentur, communi consilio missi sunt viri aliquot literati Bononiam Italiae (ubi tum schola percelebris erat) ad Theologum quendam Claudium Lygianum nomine, cuius tanta erat fama, ut facile sapientissimus totius orbis praedicaretur. Hic audita Flandrorum legatione, Urbano adhaerendum asserebat ; eoque modo nostri in Urbani obedientia confirmati fuerunt. (*Commentarii sive Annales rerum flandricarum* ll. XVII autore JACOBO MEYERO, Antverpiae, 1561, fol. 169 v° ; voyez aussi les *Gesta pont. Leodiensium* Rad. de Rivo, ed. JOH. CHAPEAVILLA. Leodii, 1616, p. 32).

(2) Cfr. mon livre : *Das Generalkonzil im grossen abendländischen Schisma* Paderborn, 1904.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

général par une sorte de *consensus ecclesiae dispersae*, ou, comme le dit notre document, *quasi tocius cleri christianorum divisi consultacio*.

Nous publions ici l'*appellacio* d'après une copie, d'ailleurs très bonne, qui se trouve dans le cod. lat. A. IX. 8 (f°s 64vo-69vo) de la bibliothèque de l'Université de Bâle, provenant de la chartreuse du Val Sainte-Marguerite près de Bâle. Ce manuscrit, intitulé *Liber de electione et cetera Urbani pape VI*, est d'une grande valeur pour l'histoire du schisme d'Occident.

L'acte de délibération du clergé de Flandre sur les élections d'Urbain VI et Clément VII et d'appellation contre les procès et vexations de Clément VII.

Juin 1379.

EP[ISTO]LA ET APPELLACIO CLERI FLANDRENSIS.

Apostolice sedis rector olim laudabilis beatus Gregorius, summus theologus et Iurista, immo multorum iurium conditor inclitus, moralis doctor precipuus, cuius doctrinam racione sue sanctitatis, sciencie et auctoritatis nos convenit imitari, tradidit pro iuris regula canonica divinis et humanis legibus ac disciplinis moralibus consona et exemplis innumeris approbata, quod quociens inter duo contraria hinc inde perplectimur, per quorum utrumque a via deviare iusticie diceremur, illam non immerito partem amplectimur, que minus apparet devia, ut minoribus culpis videamur pocius subici quam grandioribus oporteat irretiri.

Sane prefata apostolica sede per mortem felicis recordacionis domini Gregorii quondam pape XI^{mi} nondum anno elapso rectore vacante, reverendissimi in Christo patres, domini sacrosancte Romane ecclesie cardinales tamquam cetus tunc constituti in Urbe, in qua obiit idem presul, post canonicam expectacionem absencium conclavi constituto, previis promissione et iuramento prestito per officiales, ad quos spectat, ingressi dictum conclave intra palacium eiusdem quondam pontificis propter hoc ordinatum, habito inter eos de futuri summi pont[ificis] electione tractatu, tandem omnes concorditer,

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

vel due partes ipsorum, reverendum et magne auctoritatis virum dominum Bartholomeum tunc Barrensem archiepiscopum, per prius a dicto quondam domino Gre[gorio] et ab ipsis consistorialiter ad predictam ecclesiam Barren[sem] promotum, gubernatorem cancellarie, seu locum tenentem domini vicecancellarii Romane ecclesie et ex hiis eciam apud eos de excellenti vita, honestis moribus, eminenti sciencia, verisimiliter commendatum, in Romanum et summum pontificem elegerunt atque receperunt, ac deinde post aliquorum intervalla dierum idem eisdem presentibus et assistentibus fuit in ecclesia sancti Petri in summum pont[ificem], prout moris est, inthronizatus et coronatus. Ipsi quoque presentes, tam ante quam post coronacionem huiusmodi, nonnulli eciam dictorum absencium postea ingressi ad urbem, aliqui eciam dictorum presencium qui eleccioni eius interfuerant, post absentacionem ipsorum ab Urbe ad ipsam reversi, reverenciam ei et obedienciam multipharіam tamquam pape et, prout moris est, verbo, signo et opere impenderunt. Et deinde administracionem spiritualium et temporalium Romane ecclesie, ipsiusque possessionem pacificam ipse extitit sic adeptus, adeo quod inter cetera huiusmodi possessionis signa et insignia ipse cum eis, ipsique cum eo, plura consistoria et consilia tenuerunt tam publica quam secreta, in quibus ipse cum eis, seu eorum consilio, plurimas causas tam iusticie, quam gracie expedivit, episcopos et prelatos alios consistorialiter, eciam ad ultroneam aliquorum ipsorum prosecucionem, requisicionem seu relacionem, prehabita cum cetu deliberacione, promovit; ipsique domini cardinales, seu maior pars eorundem, tam pro se quam pro eorum familiaribus, plurimas supplicaciones pro dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis obtinendis eidem tamquam Romano pontifici porrexerunt. Et nichilominus ipse ut summus pontifex consuetas pro pauperibus gracias suas generales aperuit et multorum milium pauperum clericorum ad ipsum tamquam ad verum papam de omnibus mundi partibus propter hoc confluencium supplicaciones beneficiales recepit et admisit, atque interim in sancta Romana sedis apostolice ecclesia speciali que est locus ad hoc electus a Domino et omnium ecclesiarum cunctique populi christiani mater, domina et magistra, continue et adhuc hodie personaliter residens, per

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

assumpcionem, coronacionem, assistenciam, obedienciam, reverenciam, adepcionem administracionis et possessionis, ac residenciam supradictas, atque per talia, ut prefertur, et alia multimoda exercicia papalis officii fuit pluribus mensibus et adhuc dicitur, circumscripto inferius designato particulari recessu, per totum orbem christianorum et presertim in Flandria, quamvis ab Urbe multum remota, operante precipue confluencia mercatorum et aliorum predicti orbis, pro vero papa communiter et notorie reputatus et habitus, eique tamquam vero pape et vicario Iesu Christi fuit efficaciter obeditum in omnibus gestis eius.

Subsequenter vero prefati domini card[inales] pro maiori parte recedentes ab eius obediencia et ab Urbe atque causantes se illum existentem Italicum, metu mortis per populum Romanum eis per impressionem illato ut Italicum eligerent, elegisse, tandem post huiusmodi recessum et absentacionem temporis alium alibi, videlicet, reveren[dissi]mum in Christo patrem dominum Robertum Gebenen[sem] card[inalem] in castro seu domo de Fundis de facto in summum pontificem elegerunt atque coronaverunt, eorumque suggestionibus vel aliis motibus, serenissimus princeps dominus Karolus rex Francorum illustris cum multis de clero et populo regni sui et quidam alii dicuntur eundem dominum Gebenen[sem] pro summo pontifice recepisse.

Hinc aliorum christicolarum cordibus perplexitas magna et periculosa ingeritur : hec duo tam grandia et lamentanda contraria, quorum neutrum amplecti possit sine magna deviacionis formidine, cum ex una parte adherendo primo et resistendo secundo viderentur auctoritati et prudencie tantorum patrum ad quos predicta spectabat eleccio, et verisimiliter pre ceteris mundi quid iuris et facti sit in premissis, indiscrete et temere contraire atque minus bene presumere et sentire de ipsorum ac tam preclari principis et suorum predictorum sciencia et consilio, quibus fulciri pre cunctis mortalibus merito crederentur ; ex alia vero parte videlicet recedendo protinus et prescise a primo et adherendo secundo viderentur iidem christicole non minus incurrere posse deviacionis periculum propter electionis illius prioritatem, coronacionem, assistenciam, possessionem, notoriam reputacionem et alia

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

supra dicta nondum iudiciali libramine, cum nec iudicem in hoc mundo rebus sic stantibus secundum aliquos habere valeant, nec consilio generalis consilii, quod pocius quam particulare quantecumque auctoritatis super tam grandi negocio secundum alios intervenire debuerat, reproba reputata : inter hec autem tam grandia et dubia perplexitatis pericula clerus Flandren[sis] patrie inter ceteros mundi perplexus et anxius esse dinoscitur propter indubitanda maiora illarum parcium scandala infra scripta, continencia non solum animarum, sed eciam corporum et bonorum ecclesiasticorum perdicionis formidinem, quam idem clerus ex repentina et prescisa dimissione et adhesione alterutrius pre ceteris verisimiliter posset incurrere, cum eadem Flandren[sis] patria quinque episcopatibus diversarum provinciarum atque regionum, videlicet Francie atque imperii adeo sit divisa, quod quilibet episcopatus aliquam eius partem contineat, nullus totam. Unde si dictus clerus, qui in spiritualibus habet regere et docere maximum populum Flandrensem potentem robore, fulcitum potenciori principe, ergo Deum, sanctam Ecclesiam et divina catholicum ac devotum, suisque pastoribus et maxime summo pont[ifici] firmiter et constanter obedire consuetum, huiusmodi repentino et presciso recessu ab altero, vel adhesione seu accessu ad alterum sine maturo et diu deliberato consilio eundem populum ad idem per consequens repente perduceret, sive quod idem clerus eundem populum divisim per formidata, immo prorupta iam scismata inter regna et regna et provincias predictas hinc inde distraheret et pro tempore constaret de recessu, accessu vel dimissione alterius partis erronea aut quod medio tempore de diversis mundi partibus ad ipsam patriam, ut prefertur, fluencium currerent rumores in populo de saniori opinione alibi quam eidem electa ; proculdubio idem clerus tanta et tam prompta congerie robusti populi animosi propter hoc verisimiliter commovendi circumdatus, eorumque ecclesie eciam, repente pericults supra dictis verisimiliter subiacerent. Repentina quoque deliberacio dicti cleri specialius est vitanda propter grandem ab ecclesia Romana distanciam, que impedivit et impedit eos in premissis didicisse clare et integre que sunt *facti*. Ea eciam que sunt *iuris*, debet idem clerus tanto diucius revocare in dubium de tam grandi casu alias inaudito, quantum,

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

licet inter eos sint multi viri litterati et providi, tamen in ipsa terra nullum est studium generale, ut alibi, ubi solent apta in promptu consilia reperiri. Porro attenta eleccionis prioritate, ceterisque, ut prefertur, subsecutis de dicto domino Urbano, videtur aliquibus nondum esse ab eius obediencia recedendum, pro eo inter cetera, quod Alexandrina (1) constitucio consilii generalis decrevit, illum sine ulla excepcione propter carenciam iudicis super hoc in seculo non extantis habendum esse ab universali Ecclesia pro summo pontifice, qui a duabus partibus dominorum cardinalium, sive ab inicio in ipsa eleccione, sive post ipsam eleccionem eciam a minori parte inutiliter celebratam, tandem ex maiori concordia utcumque superveniente receptus est; quasi eadem constitucio, que generaliter omnem nulla excepta excepcionem excludit, pro acceleranda concordia videatur hoc in eleccione summi pontificis innuere speciale quod nulla eligendi forma, sicut in aliis, sit necessaria; et per consequens violenta vel aliter viciosa non oberit, si postea utcumque supervenerit liberi consensus substancia, que de dicto domino Urbano in coronacione, assisten[cia], reverencia, communicacione consilii, supplicacione subsidii et aliis predictis multimode supervenit; quamvis elecciones aliorum pont[ificum], in quibus certa forma requiritur, a minori parte vel per impressionem huiusmodi celebrate sint adeo ex hoc nulle, quod per supervenientem tacitum consensum eligencium quantumlibet liberum non convalescerent sine revocacione alterius eleccionis libere et formalis, et hoc per priorem necessariam formam ex defectu tunc necessarii numeri vel impressionis vicio viciatam; ut nec illud omittatur in presenti proposito, quod pretensi metus illacio nequaquam de predicta vel alia persona specialiter, sed solum generaliter de Italico intervenisse describitur, qui tamen non absurde diceretur debere pre ceteris eligi ad prompcius regimen Romane ecclesie, cuius summus pont[ifex] specialius curam gerit, et ad pociorem conservacionem eius patrimonii in Italia existentis. Quam ob

(1) *En marge du ms. se trouve cette note* :

Notabile : de consilio generali Alexandrino, de eleccione domini Ur[bani] pape VI^ti^.

L'auteur nomme ici le conseil général au Latéran sous Alexandre III et le canon sur l'élection du pape Licet de vitanda (c. 6, X, i, 6).

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

causam consimilem apostolica sedes alibi profitetur se nolle aliis ecclesiis proficere pont[ifices] alienos; unde si talem, ut prefertur, elegisse debuerant, prefati metus illacio nichil impressit. Ceterum cum apostolica sedes, quamquam suis soluta legibus, profiteatur secundum se ipsas se velle regi et regere, in quibus constituit subditos ab obediencia semel electorum prelatorum suorum, ecclesiasticam administracionem iam totaliter possidencium, eciam postea delatorum de vicio tituli vel persone, non prius se debere subtrahere, donec tales eorum prelati ab administracione per iustam sentenciam vel expulsionem ordinatam et licitam sint amoti, adeo quod eciam intruso illicite et scienter, si fulciatur aliquo titulo colorato, per eundem sint valeantque et teneant interim eius facta eiusque sentencie in subiectos; item cum iuxta doctrinam Apostoli nemini cito manus sit imponenda, similiter cum iuxta constitucionem canonicam semel imposita non cito, immo tardius et difficilius amovenda, presertim ubi agitur de assumpcione vicarii Iesu Christi, qua nulla maior nec tanta manus imposicio esse potest; preterea, quamvis iidem domini card[inales] possent anathematizare et per potestatem secularem expellere intrusum ex aliorum violen[cia] penitus sine ipsis, non tamen ipsi domini card[inales], salva eorum reverencia, videntur posse existere iudices eleccionis proprie per qualemcumque interventum duarum parcium semel facte, potissime in hoc casu alias, ut creditur, numquam viso, cum, quamvis interdum vota sua discorditer hinc inde demiserint, tamen non legitur neque recolitur ipsos post qualemcumque tam concordem eleccionem, coronacionem, assistenciam, reverenciam, communicacionem consilii et spontaneam pro facto supplicacionem promocionum suarum et aliorum et alia prelibata manum uni semel impositam sic cicius amovisse et alteri imposuisse, quin prius et pocius super hoc invocandum videbatur consilium generale, vel casu in scriptis exposito quasi tocius cleri christianorum divisi consultacio et responsio sciscitanda, et maxime cum iisdem reverendissimis patribus, columpnis universalis Ecclesie, tam grandis videretur asscribenda constancia quod merito predilexissent occisores corporis non timere, quam per simulatam propter hoc eleccionem cum

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Servicium perpetuum ibidem quondam Johannis Picters, cui deservit magister Christianus, nichil absenti, presenti vero valet lxxii l. p.

Capella Fabrorum.

Servicium fabrorum revocabile ad nutum, cui deservit dominus Johannes N., nichil absenti, presenti valet lx l. p.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Capella sancti Juliani.

Capellania ad majus altare, quam obtinet magister Petrus Diedolf, valet presenti x l. p.

Capellania ad idem altare, quam obtinet dominus Martinus Diederix, valet presenti xxiii l. p.

Servicium ibidem perpetuum trium missarum, quod obtinet dominus Osto, in nostra domina, valet presenti xxxvi l. p.

Capella Prosenetarum.

Servicium prosenetarum revocabile ad nutum, cui deservit magister Mathias vander Banc, nichil valens in absentia, presenti vero lx l. p.

Capella Minorum.

Servicium dicte capelle revocabile ad nutum, deservitur per diversos, valet xviii l. p.

Capella sancti Judoci.

Servicium similiter revocabile capelle sancti Judoci, cui deservit dominus Jacobus Peckel, de missa cotidiana, absenti nichil, presenti valet lx l. p.

Capella sancti Luce.

Servicium ibidem, cui deservit dominus Johannes Matte, quod valere consuevit xxx l. p. Et nunc est per dominum nostrum Ducem ibidem institutum, quod servicium perpetuum fieri consuevit, in porta de Bouverie, quod valet lx bonas libras annuatim, super quo est questio, et nescio quomodo terminabitur. Illud servicium est dicto domino Johanni collatum.

Capella sancti Nicholai.

Servicium ibidem revocabile unius misse cotidiane, cui deservit magister Rumoldus Walteri, valet presenti lx l. p.

Servicium merceriorum brugensium, cui deservit clericus sacrarii ecclesie sancti Donatiani brugensis, valet presenti lx l. p.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

SEQUUNTUR POSSESSIONES ECCLESIARUM ET MONASTERIORUM, EXTRA DIOCESIM TORNACENSEM CONSISTENTIUM, HABENTIUM BONA IN DECANATU BRUGENSI.

Primo dominus **abbas sancti Bertini**, in Sancto Audomaro morinensis diocesis, habet decimas parochie de Lisseweghe, que valent in censa annuatim LI l. gros.

Item idem habet decimas in Heys, que etiam valent in annuatim censa XL l. gros.

Item idem habet in Houtawe de censa terrarum XIII l. p.

Templarii habent in parochia de Jabeke unam censam, quam tenet dominus Adrianus de Haveskerke, de qua solvit annuatim X l. gros.

Item habent domum Templi juxta Brugas, cum possessionibus redditibus et aliis ad illam spectantibus.

Abbatissa de Bourborg, morinensis diocesis, habet in Warsenare in redditibus VII l. p.

Abbas de Viconio, cameracensis diocesis, habet in Stalhille annuatim XIII l. p.

Abbas sancti Quintini in insula habet decimas in Oostkerke, Waescapelle et Houke, sed curati nesciunt declarare valorem.

Abbas de Corbi habet certam partem decimarum in Dudzeele, quam etiam curati nesciunt declarare.

Abbas de Dunis, morinensis diocesis, habet certa nemora et terras in Zwevezeele, quorum valorem etiam curatus nescit declarare.

Explicit Brugensis.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LETTRES

PAR LESQUELLES

LE CARDINAL CARVAJAL, LÉGAT APOSTOLIQUE,

ACCORDE DES INDULGENCES

AU COLLÈGE D'ARRAS A LOUVAIN, EN 1508,

PUBLIÉES PAR **H. DE JONGH**

PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN

A la fin du Moyen-Age les papes et les évêques ont souvent attaché des indulgences aux aumônes données à des œuvres pies (1). Quoique l'Université de Louvain,

(1) Pour les Pays-Bas, on trouve plusieurs concessions d'indulgences et d'autres faveurs spirituelles, accordées aux fidèles qui donnent des aumônes à différentes œuvres pies, dans A. EEKHOF, *De Questierders van den Aflaat in de noorderlijke Nederlanden*. La Haye, 1909. Voir aussi P. FREDERICQ : *La question des Indulgences dans les Pays-Bas au commencement du XVIe siècle (Bulletins de l'Académie royale de Belgique,* 3e série, XXXVII, 2e partie, 1899, pp. 24 svv.) ; *Les Comptes des Indulgences en 1488 et en 1517-1519 dans le Diocèse d'Utrecht (Mémoires in-8° de l'Académie royale de Belgique,* LIX, 1900) ; *Les Comptes des Indulgences papales émises au profit de la cathédrale de Saint-Lambert, à Liège, 1443-1446 (ibid.,* LXIII, 1903). — P. J. GOETSCHALCKX vient de publier la lettre par laquelle, en 1487, l'évêque de Cambrai, accorda des indulgences aux personnes qui *manus porrigunt adjutrices* pour rebâtir l'hôpital de Hoogstraeten, détruit par l'incendie *(Bijdragen tot de Geschiedenis bijzonderlijk van het aloude Hertogdom Brabant,* VIII, 1909, p. 286). — En 1515, Léon X accorda, pour trois ans, des indulgences et d'autres faveurs spirituelles aux fidèles qui contribueraient à la réfection des digues maritimes dans les Pays-Bas (A. SCHULTE, *Die Fugger in Rom 1495-1528*. Leipzig, 1904, I, p. 91 ; II, p. 156). Comme le fit déjà remarquer M. Moeller en 1899 *(Revue bibliographique belge,* XI, 5, mai 1899, p. 253), c'est à cette indulgence « de la digue » et non pas à l'indulgence de « Saint-Pierre » que se rapporte la lettre d'indulgences, délivrée par le futur pape Adrien d'Utrecht, commissaire de cette indulgence, que publie M. Fredericq dans les *Bulletins de l'Académie royale de Belgique, l. c.*, p. 54. Cette indulgence donna lieu à un *quodlibetum,* discuté à Louvain en 1516, par le professeur de théologie Jean Briard, et imprimé à Leipzig, en 1519, sous le titre : *Eximii artium et sacrae theologiae professoris Magistri nostri Joannis Briardi Atensis, Lovaniensis Academiae Vicecancellarii, quaestio quodlibetica,* CONTRA DISPENSATIONES VEL MAGIS DISSIPATIONES COMMISSARIORUM IN NEGOCIO INDULGENTIARUM, *ab eodem Lovanii publice disputata, anno MDXVI*. A la fin : *Excusa est haec quodlibetica quaestio Lipstae an. MDXIX men. Octobri*. Le titre donné à cet opuscule de sept pages ferait croire que Briard blâmait la doctrine, ou du moins la pratique, de son collègue Adrien. Mais le contenu ne répond pas au

Digitized by Google

Original from
UNIVERSITY OF CALIFORNIA

avec ses nombreux collèges et ses riches fondations, dût beaucoup à la charité chrétienne, on trouve peu de traces d'indulgences accordées à ceux qui contribuèrent par leurs largesses au développement du *Studium generale* (1). Cependant aux Archives générales du Royaume

titre. L'auteur examine cette question-ci : *Utrum pia ad reparationem aggerum contributio sit sufficiens causa relaxandi aut commutandi contribuentium vota.* D'après l'usage reçu en ce genre d'écrits, il donne différents arguments qui militent pour une réponse négative, mais, continue-t-il, *contrarium hujus patet ex bulla indulgentiarum per modernum pontificem concessa anno superiori illustrissimo et potentissimo Hispaniarum regi.* Il est vrai que l'auteur recommande aux commissaires un usage modéré de leurs pouvoirs; n'importe quelle aumône ne permet pas d'accorder la dispense des vœux les plus lourds : il faut garder une certaine proportion, et on ne peut pas dispenser si l'on sait que les intentions du Souverain Pontife ne sont pas respectées; mais Briard ne dénonce pas des abus qui de fait seraient commis par les commissaires de cette indulgence. En 1518, au mois d'août, fut achevée, chez Martens à Louvain, l'impression de cinq *quaestiones quodlibeticae* de Briard, en appendice à la seconde édition des douze *quodlibetica* d'Adrien d'Utrecht. Pourquoi Briard ne donne-t-il pas son *quodlibetum* de 1516 : était-ce parcequ'il avait perdu de son actualité, ou bien parceque, étant donnée la révolte de Luther, l'auteur jugea inopportun de le publier ? Le titre tendencieux donné par l'éditeur de Leipzig à l'opuscule de Briard semble indiquer qu'il fut imprimé par les soins de Luthériens. — La doctrine d'Adrien d'Utrecht sur les indulgences est exposée dans E. Reusens, *Syntagma doctrinae theologicae Adriani Sexti. Pont. Max.* Louvain, 1862, p. 112. — A l'occasion du jubilé accordé, en 1500, par Alexandre VI, un bachelier en théologie, le Dominicain Bernard de Luxembourg « détermina » à l'Université de Louvain un *Quodlibetum de Jubileo,* qui fut imprimé à Anvers en 1501 sous le titre : *Opusculum quotlibeticum de Jubileo pro archiduce Austrie et Burgundie. Necnon pro inclitissimo opido Antwerpiensi dedicatum* (29 pages, une gravure sur bois). A la fin : *Explicit opus quotlibeticum de jubileo in solempni Universitate Lovaniensi determinatum per fratrem Bernhardum de Lucemburgo arcium magistrum ac sacre theologie baccalarium ordinis predicatorum conventus Coloniensis. Impressum in opido Antwerpiensi. Anno pietatis M. quingentesimo primo die vigesimo* (ou *vero*) *octavo mensis Maij.* — Sur Bernard de Luxembourg voir N. Paulus, *Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther (1518-1563).* Fribourg en Brisgau, 1903, pp. 106 svv. — Ni dans Adrien d'Utrecht, ni dans Briard, ni dans Bernard de Luxembourg ne se rencontrent les exagérations de langage qu'on reproche communément aux théologiens de l époque qui ont traité des indulgences.

(1) La bulle de Martin V, du 9 décembre 1425, créant l'Université, porte, d'après l'usage de l'époque, la concession générale : « quod omnes

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

(Fonds de l'Université, n° 306), nous avons rencontré deux lettres, par lesquelles le Cardinal Carvajal (1), légat apostolique, accorde des indulgences aux fidèles qui, à certaines fêtes, visitent la chapelle du collège, que l'évêque d'Arras, Nicolas Ruter (Le Ruistre), fonde en ce moment à Louvain et « tendent une main secourable » pour l'entretien de cet oratoire (2). Les deux documents, presque identiques, sont datés du même jour : ils sont écrits sur parchemin, et portent encore, enfermé dans une pochette en parchemin, le sceau attaché sur corde. La pièce que nous donnons *in extenso* est très bien conservée, l'autre, dont nous indiquons seulement les variantes, a souffert des injures du temps, peut-être de la dent des souris.

et singuli doctores, magistri et scolares inibi omnibus et singulis libertatibus, immunitatibus et *indulgentiis* quibusvis doctoribus, magistris et scolaribus Colonie, Wienne ac Lipzensis, Pataviensis et Merseburgensis diocesium opidis, studii causa commorantibus per Sedem Apostolicam vel alias qualitercumque concessis gaudeant pariter et utantur » (*Analectes*, XXIV, 1893, p. 56). — En 1458, l'*autorité communale de Louvain* tenta — mais en vain — d'obtenir du Souverain Pontife des indulgences en faveur des personnes qui contribueraient à la reconstruction de l'ancienne tour de Saint-Pierre détruite par le feu (E. VAN EVEN, *Louvain dans le passé et dans le présent*. Louvain, 1895, p. 337). — VALÈRE ANDRÉ et VERNULAEUS énumèrent différentes faveurs accordées par Alexandre VI à la *Maison des étudiants pauvres*, fondée à Louvain par Jean Standonck : ils ne parlent pas d'indulgences (*Fasti Academici studii generalis Lovaniensis*, 2e éd. Louvain, 1650, p. 270; *Academia Lovaniensis*, 2e éd. Louvain, 1667, p. 127; cfr. *Analectes*, XXI, 1888, p. 175). — Au deuxième centenaire de la fondation de l'Université, en 1626, Urbain VIII accorda une indulgence plénière *sub forma jubilaei* (VALÈRE ANDRÉ, *o. c.*, p. 395, et avec plus de détails dans la 1re éd. Louvain, 1635, p. 202).

(1) Sur la mission de Carvajal, envoyé par Jules II à l'empereur Maximilien, voir L. PASTOR, *Geschichte der Päpste im Zeitalter der Renaissance von der Wahl Innocenz' VIII. bis zum Tode Julius' II.* Fribourg en Brisgau, 1895, pp. 583 svv.

(2) Voir une notice sur le Collège d'Arras dans les *Analectes*, XVII, 1881, pp. 379 svv. Le cardinal-légat accorda encore d'autres faveurs au Collège d'Arras : il lui incorpora les droits revenant à la *persona* de Brecht (P. J. GOETSCHALCKX, *l. c.*, p. 119. — L'acte original de cette incorporation, la lettre portant le consentement de l'évêque de Cambrai, un accord pour le payement des annates, etc. se trouvent aux Archives générales du Royaume, Fonds de l'Université, n° 3102).

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

I.

Bernardinus miseratione divina Episcopus Tusculanus, sacrosancte Romane ecclesie Cardinalis Sancte Crucis, Patriarcha Jerosolymitanus, per universam Germaniam et quecumque alia loca ad que nos declinare contigerit domini nostri pape et apostolice sedis Legatus : Universis et singulis Christi fidelibus presentes has litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Quanto frequentius Christi fidelium mentes ad opera caritatis inducimus tanto salubrius eorum animarum saluti consulimus : Cupientes igitur ut Capella in Collegio Scolarium, quod Venerabilis in Christo pater Nicolaus Episcopus Atrebatensis in Universitate Studii Lovaniensis, Leodiensis dioceseos, ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei et reipublicae Christianae utilitatem fundari facere intendit, constituenda, postquam constructa et edificata fuerit congruis frequentetur honoribus ac Christi fideles eo libentius devotionis causa ad eamdem Capellam confluant et pro illius reparatione et conservatione manus porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, vigore facultatis nobis desuper concesse omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui dictam Cappellam in *Assumptionis Virginis Marie et Inventionis Sancte Crucis ac Sancti Gregorii pape et Sancti Nicolai episcopi et Confessoris necnon Dedicationis ipsius Capelle festivitatibus* a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas festivitatum earumdem inclusive annuatim devote visitaverint, et inibi pro premissis manus porrexerint adjutrices *centum dies* pro qualibet festivitatum quibus id fecerint de iniunctis eis penitentiis auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte misericorditer in Domino relaxamus. Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Date Bruxelle, Cameracensis diocesis, Anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo octavo, Idibus Septembris, pontificatus domini nostri Julii pape II anno quinto.

II.

Bernardinus . . . . . sempiternam. Splendor paterne glorie qui sua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de clementia ipsius maiestatis sperantium tunc precipue

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

benigno favore prosequitur cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur : Cupientes igitur, ex commisso nobis legationis officio, ut Capella in Collegio . . . . . vigore facultatis nobis concessa desuper . . . . . vere penitentibus et confessis, qui in *sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Bavonis Confessoris festivitatibus* (1) Capellam ipsam a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas festivitatum earumdem inclusive annuatim devote visitaverint, et inibi pro premissis manus porrexerint adjutrices, *septem annos et totidem quadragenas* pro qualibet festivitatum quibus id fecerint de iniunctis eis penitentiis auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte misericorditer in Domino relaxamus. Presentibus . . . . . (2).

(1) Quel motif détermina le choix des jours de fête, indiqués dans les deux lettres ? Pour le choix de plusieurs d'entre eux nous pouvons indiquer des motifs plausibles. S. Pierre est le titulaire de l'église collégiale de Louvain, dont Ruter était prévôt; S. Bavon est le titulaire de la collégiale de Harlem, dont Ruter possédait le prévôté en commandite; et à la S. Bavon (1 octobre) s'ouvrait l'année académique. La fête de l'Invention de la Sainte Croix était sans doute enrichie d'indulgences parce que le cardinal-légat avait le titre de Sainte Croix et celle de Saint Nicolas, parce qu'elle était la fête patronale du fondateur du Collège. L'Assomption peut figurer dans la liste pour plusieurs motifs : Ruter était originaire de Luxembourg, ville placée sous la protection de la Vierge, et il avait été chanoine de Notre-Dame à Termonde. Le fondateur voulait peut-être aussi que les boursiers du Collège célèbrent la fête du patron de leur lieu d'origine : des seize bourses, fondées par lui, trois devaient être attribuées à des jeunes gens d'Arras, trois à des jeunes gens de Cambrai, quatre à des Luxembourgeois, trois à des étudiants originaires de Harlem, deux à des Louvanistes, une à un jeune homme de Brecht. Les bénéfices, possédés par Ruter, sont énumérés dans les *Analectes*, XVII, 1881, p. 381 et XXVII, 1898, p. 438 : l'évêque consacra ses revenus abondants, non seulement à fonder son collège, mais encore à doter d'autres institutions, par exemple la Chartreuse de Louvain (*Analectes*, XIV, 1877, pp. 257 et 278); il avait même songé à faire rebâtir complètement cette maison, mais Jean Robbyns, doyen de Malines, lui conseilla de fonder plutôt un collège à l'Université (*Analectes*, XVII, 1881, p. 382).

(2) Vers la fin de juin 1508 le cardinal Carvajal accorda aux fidèles qui visitent la chapelle de la Chartreuse de Louvain *et manus adjutrices porrigunt. bis in anno, videlicet in utroque festo Crucis, hoc est Inventionis et Exaltationis, septem annos indulgentiarum perpetuis futuris temporibus* (*Analectes*, XIV, 1877, p. 279).

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LES STATUTS
DE
L'ANCIENNE COLLÉGIALE DE SAINT-PAUL, A LIÉGE

PUBLIÉS PAR

MONSEIGNEUR SCHOOLMEESTERS

VICAIRE GÉNÉRAL

Les statuts des anciens chapitres sont intéressants, parcequ'ils nous initient à la vie intime de ces établissements; ils nous font connaître comment était organisé l'administration et le partage des revenus.

S'ils nous révèlent certains abus, ils nous indiquent aussi les dispositions prises pour y rémédier.

Dans le diocèse de Liége nous avons été assez heureux de conserver un certain nombre de ces anciens statuts.

Les premiers que nous connaissions furent donnés à la Cathédrale de Saint-Lambert par le Légat Guy de Palestrina, vers la fin de l'année 1203 (1).

Quelques années plus tard, après l'abolition de la vie commune, le Légat Pierre d'Albano régla tout le régime intérieur de la Cathédrale, le 9 novembre 1250 (2); le cardinal Hugues de Saint-Cher renouvela ces ordonnances, en les modifiant quelque peu, 25 octobre 1252 (3).

A la même date, ce Légat prescrivit aux églises collégiales certaines règles concernant les distributions, les ornements, la réception des chanoines et leur promotion aux ordres sacrés (4).

Plus tard nous voyons le chapitre de Saint-Lambert prendre l'initiative de porter remède à certains abus. Ceci se fit notamment le 18 septembre 1344 et le 17 septembre 1348 (5).

Martène dans le t. VIII de l'*amplissima Collectio* a publié des statuts portés en 1336 et 1337, 1352 et 1358 (6).

(1) *Cartulaire de Saint-Lambert*, I, p. 132.
(2) *Ibidem*, I, p. 580.
(3) *Ibidem*, II, pp. 48-59.
(4) *Leodium*, 1907, p. 164.
(5) *Cartulaire*, IV, pp. 25 et 104.
(6) Col. 1485, 1490 et 1493.

Digitized by Google

Original from
UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Pour les collégiales, les premiers statuts connus sont ceux que le Légat pontifical Otton et l'évêque Jean d'Eppes donnèrent à l'église de Saint-Jean en avril 1231 (1).

Quand le pape Innocent VI eut adressé le 29 avril 1359 une lettre à l'archevêque de Cologne et à ses suffragants, pour leur ordonner de visiter les chapitres et les couvents et y faire les réformes urgentes, Englebert de la Marck prétendit exécuter ce mandat pontifical, mais la Cathédrale et les sept collégiales ne voulurent pas s'y prêter; elles prirent elles-mêmes des mesures de réforme que l'évêque s'empressa d'approuver le 4 décembre 1360 (2).

Ce même prélat, après une visite canonique, dicta certains nouveaux règlements pour les chapitres de Cortessem, d'Odilienberg, de Looz et de Tongres (3).

Jean d'Arkel promulgua des statuts pour la collégiale de Huy, le 8 juin 1368; nous les avons publiés dans les *Analectes*.

Plus tard, nous voyons beaucoup de chapitres procéder à une codification de leurs lois et coutumes.

Nous possédons en manuscrit ceux de la Cathédrale; ils portent la date du 7 mars 1560.

Les statuts de la collégiale de Saint-Pierre, du 30 juin 1454, ont été publiés par M. Joseph Halkin dans le *Bulletin archéologique Liégeois*, t. 24, p. 501.

Hugo a imprimé dans ses *Sacrae antiquitatis monumenta*, t. II, des ordonnances de la collégiale de Saint-Denis des années 1330, 1360 et 1367.

Divers statuts des collégiales de Sainte-Croix et de Saint-Jean sont manuscrits dans un Cartulaire de Sainte-Croix, n° 2049, aux archives de l'État.

Les archives de Sainte-Croix, au dépôt de l'État, contiennent une série de règlements disciplinaires du XIV° siècles (n°s 50, 51 et 52).

(1) CAUCHIE et VAN HOVE, *Documents concernant la principauté de Liége*, I, p. 65.

(2) *Cartulaire de Saint-Lambert*, IV, p. 330.

(3) DARIS, *Histoire du diocèse et de la principauté de Liége pendant le XIIIe et le XIVe siècle*, p. 596; *Notices*, IX, p. 27; PAQUAI, *Cartulaire de Notre-Dame de Tongres*, n° 198.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Le même dépôt conserve sous le n° un volume de statuts de l'église de Saint-Jean.

Ceux de la collégiale de Saint-Martin sont conservés dans un manuscrit de cette église.

Le *Liber Statutorum* de la collégiale de Saint-Paul existe encore dans les archives de la Cathédrale. Voici le contenu de ce Codex, volume in-4° parchemin.

Les statuts du 12 août 1457, fol. 4-5.

Recollectio nonnullorum statutorum antiquorum, fol. 14 v°-18.

Ordinatio prebendarum ecclesie s. Pauli, fol. 18.

De decanatu, fol. 19.

Recordatio decanatus du 25 février 1359, fol. 19 (1).

Ordonnance d'Englebert de la Marck du 11 septembre 1353, fol. 21-24.

Ordonnance de Renard de Bernawe, doyen de Saint-Paul du 2 août 1359, fol. 24 v°-26.

Ad que tenetur scolasticus, fol. 26 v°.

De cantore, fol. 27.

Ceremonie et observantie antiquitus observate, fol. 28 v°.

Statutum de intrando domum decanalem du 28 mai 1459.

Statut du 2 août 1309 concernant l'enterrement des chanoines, fol. 31.

Des ordonnances du chapitre du 15 février 1460, fol. 33 v°, 8 février 1462, 26 février 1462, 3 février 1463, fol. 34 v°.

Consuetudines ceremoniarum in ecclesia s. Pauli observate, fol. 38.

Statutum de mutatione conditionis domorum ad vitam 1298 . mense maio . in vigilia Pentecostes ., fol. 41.

Littera quod loco quinte de cetero duo modii spelte debent persolvi et redimi mediantibus XXVIII florenis Renensibus auri, fol. 42. 7 mars 1448.

Ordinata per venerabiles dominos decanos & capitula secundariarum ecclesiarum ; 26 octobris 1453, fol. 43.

(1) Imprimé dans THIMISTER, *Essai historique*, 1re édition, p. 292.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Le Cartulaire de Saint-Paul, publié par M. Thimister, renferme de nouveaux statuts du 2 mars 1556 se rapportant aux droits du Doyen (p. 545); les statuts du nonce Caraffa du 7 avril 1629 (p. 604) et une ordonnance du nonce Coriolan du 12 mars 1597 (p. 581).

STATUTA ECCLESIE S^ti^ PAULI LEODIENSIS.

2 et 26 août 1457.

In nomine Domini Amen. Universis tam presentibus quam futuris ad quorum notitiam subscripta pervenerint, Petrus de Molendino, legem doctor, decanus, totumque Capitulum ecclesie collegiate beati Pauli leodiensis eternam in Domino salutem. Noverint universi et singuli quod nos in nostro generali capitulo, inchoato anno a nativitate Domino millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, mensis augusti die secunda et ad mensem tunc proximum continuato, tandem vigesima sexta die ejusdem mensis augusti, intendentes honestati & utilitati nostris et ecclesie nostre utiliter providere tam spiritualiter quam temporaliter pro viribus nostris, considerantes etiam ecclesiam nostram variis subjacere defectibus, cum ab observatione quorumdam statutorum nostre ecclesie per incuriam aut negligentiam hactenus fuerit recessum, ea coram nobis reportari fecimus in dicto nostro capitulo. Et quia ex forma et tenore ipsorum aliqua reperimus obscura et etiam juxta dispositionem temporum declaratione et etiam emendatione indigentia, atque nonnulla ex ipsis cum debito ordine minime collocata, idcirco ea tam antiqua quam nova in presenti libro in scriptis redigi et sub certis titulis collocari fecimus, ut de cetero unusquisque non suo sensu sed hiis ducatur in agendis, renovantes, laudantes, approbantes, confirmantes ac statuentes ut hujusmodi de cetero in ecclesia nostra firmiter et immobiliter observentur, nisi in posterum eorum aliqua ex causis certis et rationabilibus pro utilitate ecclesie nostre ac juxta negotiorum qualitatem et facti experientiam, que summa rerum magistra est, duxerimus in capitulo nostro generali et non alias mutanda; non intendentes tamen per ista aliis statutis, ordinationibus et consuetudinibus rationabilibus ecclesie nostre derogare, nisi quatenus illis per consuetudinem notoriam et rationabilem derogatum existit et presentibus

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

contrariantur. Que quidem cetera ecclesie nostre statuta non mutata seu non moderata in suo volumus robore permanere, donec et quousque aliud desuper duxerimus ordinandum.

De tempore et modo celebrandi Capitulum generale.

In primus statuimus et ordinamus quod in perpetuum singulis annis bis in anno, videlicet in crastino beati Petri ad vincula et in crastino purificationis beate Marie Virginis in nostra ecelesia et loco capitulari generale capitulum debeat observari, prout a longis retroactis temporibus fieri est consuetum; in quo tunc ibidem presentes ecclesie nostre canonici capitulares et in sacris ordinibus constituti, absque quacumque citatione seu vocatione de canonicis absentibus facienda, addendi, minuendi, mutandi, concordandi et declarandi antiquas ecclesie nostre consuetudines et statuta ac etiam nova prout fuerit visum opportunum condendi et alia faciendi que ad communem ipsius ecclesie nostre utilitatem noverint expedire, secundum quod preteritorum experientia docuerit, cursus presentium informaverit et per utrorumque verisimiles conjecturas de futuris ratio demonstrabit, plenam et liberam habeant facultatem; et quod hujusmodi die capitulari vel alia seu aliis diebus ad hoc specialiter continuatis per decanum et capitulum statutum, declaratum seu ordinatum fuerit, debebit et debet inviolabiliter observari, donec illud in alio generali capitulo et non extra generale capitulum correctum, mutatum vel declaratum extiterit.

Item statuimus et ordinamus quod primo et principaliter in quolibet generali capitulo canonici capitulares tunc ibidem presentes diligenter et attente considerent, videant et examinent si quid fuerit reformandum, addendum, corrigendum vel mutandum circa observationem cultus divini et reformationem morum in personis ecclesie, et illud sedula devotione studeant reformare, corrigere vel mutare, quemadmodum pro honore Dei, utilitate ecclesie et personarum quiete et pace melius et utilius crediderint expedire.

Deinde circa administrationem temporalium studiose & cum magna sollicitudine oculos suos dirigant et attendant quomodo pro tempore tunc preterito singuli in suis officiis administrationes ipsis commissas gesserunt et ea que fuerunt circa temporalia reformanda curent reformare.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Item quod quolibet anno saltem semel ad minus statuta ecclesie nostre in capitulo nostro diligenter perlegantur, ut nullus ex nobis ignorantiam crassam presumat allegare. Consimiliter et thesaurus ecclesie singulis annis visitetur omnium canonicorum presentia, qui huic lectioni et visitationi voluerint seu potuerint commode interesse.

Item et carte, privilegia et littere ecclesie fideliter custodiantur in locis consuetis.

De gratiis petendis et ordinandis in capitulo generali.

Item statuimus et ordinamus quod canonici residentes, procuratores absentium canonicorum et ad hoc mandatum habentes, tenebuntur et debent in generali capitulo quod servatur in crastino Beati Petri ad vincula petere absentiam pro canonicis absentibus pro illo anno. Alias talis absens foraneus per totum illum annum censebitur. Quam etiam gratiam absentie procurator absentis tenebitur facere signari in registro ecclesie in camera computatorie; poterit tamen per capitulum hujusmodi tempus absentie petende per aliquot tempus continuari. Tenebuntur etiam hujusmodi procuratores absentium cavere ad dictamen capituli de restituendis fructibus injuste forsitan per absentem levatis.

Item statuimus et ordinamus quod canonicus post primam suam residentiam aut alias ad studium generale accedere volens, aut habens, a die petite licentie gratia ad hoc ordinata seu ordinanda gaudere debebit et iter arripere versus studium infra mensem immediate sequentem, nisi legitimo fuerit impedimento detentus, de quo in capitulo fidem facere tenebitur, et stare in studio continuo ad minus per decem menses quolibet anno, et desuper singulis annis fidem facere competentem; neque ad residentiam reverti poterit nisi anno inchoato semper finito.

Item quod juxta consuetudinem ecclesie Sancti Pauli hactenus observatam, nullus canonicus ipsius ecclesie poterit per se vel per alium recipere licentiam scolarium, nisi sit residens vel pro residente habeatur, vel nisi sibi fiat a capitulo gratia specialis. Et canonicos residentes reputamus qui utuntur suis octo septimanis, mense libero, tempore peregrinationis et tribus quindenis decani.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

De Capitulis septimatim servandis.

Item statuimus et ordinamus, prout etiam est ab antiquo observatum, propter diversa negotia ecclesie nostre emergentia, quod decanus cum canonicis capitulum teneat ad minus semel in septimana, videlicet feria sexta, nisi festum aliquod celebre vel aliud illo die eveniat vel alius casus impediat, quo casu anticipari poterit vel postponi.

De ordine & modo servandis in capitulo.

Item statuimus et ordinamus quod in capitulo canonici pacifice modeste et quiete a rixis, clamoribus, fabulationibus, injuriis, contumeliis, convitiis et contentiosis verbis se temperent & contineant ; sedeatque unusquisque in ordine suo hactenus frequentato, fiantque sequele de negotiis propositis et emergendis per decanum seu vicedecanum, et quod nullus interrumpat votum & sequelam alterius. Quidquid autem in capitulo super negotiis propositis per majorem et saniorem partem ipsius capituli extiterit ordinatum seu conclusum, nullus canonicorum presumat aut audeat in dubium revocare ; et maneat unusquisque usque ad finem capituli ; qui vero ante finem capituli recesserit, non poterit neque debebit illud quod in capitulo remanentes vel major pars et sanior eorumdem circa antea per decanum seu vicedecanum ipsis presentibus proposita concluserint vel fecerint pro suo meliori impugnare. Non est tamen intentionis nostre, si aliquod gratiosum proponatur, quin canonicus singularis possit gratiam impedire, dummodo id faciat aute exitum suum a capitulo.

De canonico revelante secreta capituli.

Item prohibemus ne aliquis canonicus secreta capituli nostri revelet verbo vel signo, statuentes quod qui contrarium fecerit et desuper rite convictus fuerit, scolas habeat per annum biennium inchoandas infra duos menses immediate sequentes sine spe easdem remittendi ; quid autem censeri debeat secretum capituli, arbitrio et declarationi nostris reservamus.

De canonico inobediente.

Item statuimus quod canonicus inobediens et rebellis decano et capitulo, durante inobedientia et rebellione sua hujusmodi, eo ipso suspensus sit et manere debeat a perceptione fructuum

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

quorumcumque suorum canonicatus et prebende, donec desuper emendam condignam prestiterit ad decretum capituli seu majoris partis fructusque hujusmodi eo tempore ad fabricam ecclesie nostre pertineant.

De canonico se ad primam residentiam offerenti & canonicis scolaribus.

Item statuimus et ordinamus quod canonicus se ad primam suam residentiam in ecclesia nostra faciendam offerre volens, hoc facere poterit post *Primam* decantatam in loco magno capitulari coram confratribus nostris, postquam *pretiosa* fuerit lecta, juxta consuetudinem antiquam hactenus observatam, ita quod offerens hoc scribi faciat in registro. Item quod canonicus faciens suam primam residentiam, in quantum in una horarum trium principalium diei interfuerit, si exiverit civitatem, dum tamen dormierit in claustro et eodem die revertatur et ibi dormiat, non infringit neque perdit suam primam residentiam. Item quod canonicus in sua prima residentia existens, que biennio continuo durabit, juxta antiquam consuetudinem ecclesie nostre, ad minus semel in die tenebitur interesse uni trium horarum principalium ac realiter in die semel comedere infra claustrum, et singulis noctibus, dum in civitate fuerit, in eodem dormire per majorem partem noctis. Qui si domum conductam aut primam infra claustrum inhabitaverit, familiam decentem juxta determinationem moderationem et arbitrium capituli habere tenebitur, ad finem ut honor et honestas ecclesie nostre servetur.

Item quod canonicus durante sua prima residentia, si se absentare velit ad aliquot dies forsitan pro negotiis suis expediendis, licentiam abessendi petere habebit a decano seu vicedecano et capitulo conjunctim, qui eam concedere habebunt, aut saltem petet hujusmodi licentiam abessendi coram confratribus presentibus in *pretiosa* juxta antiquam et notoriam consuetudinem ecclesie nostre.

Item quod totiens quotiens canonicus qui suam non complevit primam residentiam exiverit civitatem de licentia decani et capituli, si pronunciatus fuerit ad septimanam collationis beneficiorum vel si infra dies sui exitus pronunciatur ad dictam septimanam, si aliquod beneficium vacare contingat infra dictos dies sui exitus predicte septimane collationis beneficiorum

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

pronunciate, collatione seu nominatione solita carebit, et cessante nominatione sua pro ea vice hujusmodi beneficium debebit conferri per totum capitulum, et dum dictus canonicus redierit sic pronunciatus vel pronunciandus, circa beneficium tunc vacans ipsa collatio seu nominatio revertatur ad eundem canonicum pro illis diebus qui restaverint de septimana collationis pronunciate.

Item quod canonicus qui non complevit suam primam residentiam, nullomodo aliquam possit habere gratiam, ne residentia prima et nobis jurata detrimentum patiatur, cum hoc multum ad ecclesie nostre favorem pertineat & honorem.

Item quod sicut hactenus existit de consuetudine ecclesie nostre observatum, quod canonicus scolaris ad faciendum nobiscum suam primam residentiam se offerens et integros fructus praebende sue p(ercipiens)? debet stare cum scolastico nostre ecclesie durante sua prima residentia nisi talis canonicus scolaris consanguineum canonicum nobiscum residentem habeat cum quo morari poterit, si talis... canonicus eum habere velit ad secum habitandum ; quem consanguineum ita intelligi judicamus et interpretamur dum..... .....(1) consanguineus scolari canonico consanginitatis seu infra eundem gradus hujusmodi juxta dispositionem juris canonici computare.

Intentionis tamen nostre existit quod proximiores parentes canonici scolaris optionem habebunt an cum scolastico vel consanguineo canonico habitare debeat ipse canonicus scolaris.

Item insequendo statutum antiquum dudum editum illudque renovando statuimus et ordinamus quod nullus canonicorum ecclesie nostre presentium aut futurorum scolarium in prima residentia existentium compellere possit seu cogere vel artare scolasticum aut canonicum dicte ecclesie nostre consanguineum supra dicti canonici scolaris, quamdiu idem scolaris fructus et proventus prebende sue in dicta nostra ecclesia integros non perceperit, quod idem scolasticus ratione sue scolastrie vel consanguineus ratione sue consanguinitatis propinet seu administret predicto canonico scolari suos victum & vestitum, medianitibus non integris fructibus seu proventibus supradictis ; quos nichilominus victum et vestitum ipse

(1) Les caractères sont effacées.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

scolasticus aut consanguineus eidem scolari administrare poterit eisdem fructibus predictis mediantibus, si hoc eidem scolastico aut consanguineo placuerit faciendum.

Item quod quilibet canonicus scolaris minor viginti quinque annis etatis sue, immediate postquam suam primam compleverit residentiam, sine aliqua spe gratie ad scolas studii generalis, studio romanae curiae incluso, aut de singulari et speciali gratia decani et capituli ad scolas particulares, exigente etate canonici scolaris, mitti debebit atque in hujusmodi studio scolas perficiendo et consummando, in aliqua licita facultate permanebit usque ad vigesimum quintum conclusum, etiam si medio tempore de consensu decani et capituli ad sacros ordines promotus fuerit stabit contentus cum portione ..... capitulum ..... singulis canonicis ..... quantitatem fructuum ..... (1) si ante vicesimum quartum annum in altero jurium aut in medicinis licentiatus aut doctor vel bacalarius formatus in theologia factus fuerit cum rigore examinis ex gratia speciali decani et capituli ad residentiam admitti, predicto aetatis defectu non obstante. Si tamen aliquis canonicus tanquam scolaris receptus fuerit post vicesimum quintum annum etatis sue, completa prima sua residentia, in quantum decano et capitulo ex rationabili causa videatur, per competens tempus ordinatione capituli moderandum, in studio generali ad ecclesie nostre decorem ac persone sue majorem disciplinam sese tenebitur exercere.

Item quod canonicus scolaris post primam suam residentiam ad scolas modo premisso se transferens, tenebitur singulis annis in capitulo generali quod servatur in crastino beati Petri ad vincula seu saltem ad longius aute festum beati Egidii, de diligentia sui studii et ejus continuacione docere, nedum per litteras testimoniales rectoris studii, sed etiam sui doctoris et magistri sub quo lectiones suas audit et scolas frequentat; qui etiam scolaris si per aliquod notabile tempus videlicet ultra octo septimanas se a loco studii sine legitima et rationabili causa absentaverit studiumque et scolas, more veri studentis et scolaris per spatium decem mensium quolibet anno non continuaverit, fructus per eum ut scolarem receptos non faciet suos, quinimo et illas restituere tenebitur, atque tempus

(1) Les caractères sont effacées.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

absentie a studio seu scolis ad dictamen decani et capituli supplere, etiamsi durante tempore scolaritatis seu studii contingat ipsum canonicum scolarem de licentia decani et capituli ad sacros ordines ex quacumque etiam causa promoveri.

Item quia ob facilem promotionem canonicorum scolarium ad sacros ordines plures quandoque sequuntur inconvenientie, idcirco statuimus et ordinamus quod canonici scolares post primam eorum residentiam se ad studium seu scolas transferre habentes, ad sacros ordines promoveri non poterunt neque debebunt nisi prius decanus seu vicedecanus et capitulum de eorum bonis moribus, conditione et litteratura competenti informati fuerint. Ita quod promotio hujusmodi ad singulos sacros ordines procedat de licentia capituli petita et obtenta; et si concedatur licentia in genere volumus quod semper censeatur expressum pro ea vice ad unum ordinem sacrum dumtaxat.

Item quod de cetero canonicus scolaris scolis finitis et peractis post primam suam residentiam, etiamsi medio tempore fuerit in sacris constitutus, dum ad residentiam nobiscum faciendam se velit offerre, hoc facere debebit coram decano seu vicedecano et capitulo specialiter ad hoc indicto, ad finem ut constare valeat de bonis moribus, doctrina et scientia ac ceteris qualitatibus hujusmodi canonici nobiscum residere volentis.

De modo visitandi, dicendi & lucrandi horas canonicas.

Item quod nostri confratres presentes ac futuri ex nunc in antea teneantur, prout etiam de jure tenentur, frequentare horas in ecclesia nostra juxta morem ab antiquo observatum, possetenus cantantes et psallentes vel saltem horas hujusmodi canonicas per se aut cum alio infra chorum dicte ecclesie nostre vel alibi in loco congruenti et decenti, competentibus horis, legere, quodque si fama adversus aliquem ex canonicis et confratribus nostris increverit, de eo quod horas suas minime legat, praesertim quia non videtur seu comperitur horas suas cum choro psallere vel per se aut cum alio legere, quemadmodum in nostra ecclesia hactenus visum existit, a perceptione fructuum prebende sue talem in his scriptis suspendimus, fabrice ecclesie nostre applicantes, donec de talis modi fama medio juramento aut alias ad dictamen decani seu vicedecani et capituli in nostro capitulo desuper se expurgaverit.

Item quod quilibet canonicus residens et per totam diem in

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

civitate consistens, in ecclesia nostra, dum alta voce sive submissa divina celebrantur officia, quolibet die ad minus interesse teneatur alicui trium principalium horarum ; alioquin bladum pro refectione in pane quod refectorium communiter appellatur, videlicet duo sextaria spelte diebus ferialibus et quatuor diebus dominicis distribui consuetum amittat.

Item statuimus, quemadmodum etiam et antiquitus fuit ordinatum quod in matutinis novem lectionum canonici de cetero debent interesse matutinis antequam finiatur septima lectio et qui postea venerit lecta septima lectione perdat pecuniam lucrari consuetam in matutinis.

Item et in matutinis trium lectionum teneantur canonici de cetero interesse matutinis antequam finiatur tertia lectio, et qui postmodum venerit lecta tertia lectione, prout supra, perdit pecuniam consuetam lucrari in illis matutinis. Item quod canonici qui non sunt in capitulo quando *pretiosa* dicitur et oratur pro mortuis perdunt *pretiosa*.

Item quod si canonicus infirmatur vel sit fleubothomatus, si licentiam receperit per se vel per alium a decano vel vicedecano, vel missus fuerit pro negotiis ecclesiae, vel in tractatu pacis vel matrimonii vel in nuptiis vel exequiis aut ad baptizandum seu levandum prolem de sacro fonte aut quacumque alia causa justa eum movente, absens fuerit tempore divinorum, in quo conscientiam suam oneramus, potest se excusare et anniversaria non amittet sua, neque capitula, nec horas.

Item si canonicus ratione infirmitatis se excusaverit et domum suam illa die exiverit, non debebit lucrari nisi esset minutus, et quicumque canonicus voluerit alio modo lucrari anniversaria sua et horas, vadit contra juramentum suum, cum isto modo debeant lucrari de antiqua et notoria consuetudine, nisi ex causa rationabili de gratia decani et capituli.

Item si canonicus residens non fuerit in una principalium trium horarum in ecclesia, aut si dormierit extra claustrum, vel ante mediam noctem infra claustrum non fuerit, perdit refectorium unius dici, et si alio modo dictum refectorium lucrari voluerit, eodem modo contra juramentum suum vadit.

Item quod quilibet canonicus residens, nisi fuerit in sua prima residentia aut scolaris, potest se absentare per octo septimanas, que quidem octo septimane serviunt toti anno.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Item quod canonicus exiens supra suas octo septimanas, demptis anniversariis et festis ac horis, lucratur communem prebendam, refectorium et jura que serviunt toti anno, et tenentur per se aut alium petere licentiam a decano aut vicedecano si decanus presens non fuerit.

Item quod canonicus residens nisi fuerit in prima residentia, habet ultra dictas octo septimanas unum mensem liberum quo nihil perdit, ita tamen quod dies exitus et reditus ejusdem canonici in dicto mense seu in triginta diebus includi debeant seu computari, nisi fuerit in una trium principalium horarum illius diei, exceptis octavis nativitatis Christi, conversionis S^ti^ Pauli, Pasche et pentecostes quibus temporibus perdit totum ; neque illo tempore absens facit aliquos fructus nisi fuerit in negotiis ecclesie aut ex gratia sibi facta per decanum et capitulum.

Placet tamen nobis ex gratia ampliori quod integrum anniversarium hoc est vigilie cum missa sequentis dici pro una die poterit computari, nec cuicumque uti dimidiis licebit diebus, quibus siquidem diebus canonicus uti volens petita licentia coram receptore seu precipuo computatore aut custode horarum ecclesie nostre hoc specialiter exprimere teneatur, ad finem quod hoc in camera computatorie nostre perfecte annotetur, ac specialiter conscribatur, ut omnis collusio cesset penitus et abusus.

De tempore peregrinationis.

Item si contingat aliquem canonicum prebendatum post primam suam residentiam, causa devotionis seu voti aut peregrinationis, velle loca ultramarina, terram sanctam, sepulchrum Domini Nostri Jesu Christi, limina Petri & Pauli apostolorum Rome, aut S^ti^ Jacobi in Compostella pro salute anime sue devotius visitare, quod dictus canonicus sic peregre proficiscens per sex integros menses continue et immediate sese consequentes post diem sui a Leodio recessus omnibus et singulis fructibus sue prebende et emolumentis libere et plenarie gaudere valeat, ac si personaliter resideret, semel dumtaxat in vita sua presentibus indulgemus, dummodo tamen fraus & dolus in premissis aut circa ea non interveniat seu committatur. Decanus vero, cantor & scolasticus pro tempore, si hujusmodi gratia uti voluerint per alium seu alios suppleri

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

faciant fideliter vices suas, statutis aliis dudum desuper editis non obstantibus.

De receptione canonicorum.

Item quod canonicus noviter receptus teneatur solvere cappam unam pretii undecim florenorum renensium et unius quartalis, qui statim ipso admisso ad possessionem prebende solvi debebunt.

Item quilibet canonicus apud nos moriens tenebitur ex thesauraria recipere unam albam de vilioribus, loco cujus solvet novam albam seu unum scutum vetus monete regis Franchie.

Item tenebitur ipse canonicus solvere mobili ecclesie quindecim florenos renenses.

Item quod nullus recipiatur in canonicum et fratrem, nisi dederit bonos et veros fidejussores, et presertim unum ex confratribus residentibus, qui integre respondeant et teneantur capitulo solvere una cum vino receptionis sue cappam, mobile ecclesie, pastum ac omnia et singula onera que dictus canonicus ecclesie et capitulo solvere tenebitur, et alio modo nunquam sibi deliberentur fructus sue prebende de quacumque consuetudine in contrarium non obstante.

Item quod tres canonici servientes ad altare tenentur solvere quilibet eorum albam suam quotiescumque fuerit necesse.

De statuto electionis.

Item in electione decani servatur antiquum statutum de canonicis absentibus vocandis ad electionem. Similiter in electione prepositi quemadmodum talismodi statutum habetur in antiquo libro statutorum f° XVIII, pagina prima.

De domibus claustralibus.

Item renovando et in parte moderando statutum nuper editum circa domos quintales et etiam liberas ultra verum canonem seu trefundum oneratas, cupientes damnis et detrimentis hujusmodi domorum pro posse occurrere ac utilitati ecclesie nostre salubriter providere, nuper statuimus et ordinavimus ac pro nunc statuentes et ordinantes renovamus ad finem, ut confratres nostri magis inclinentur ad exonerationem suarum domorum, quod quicumque canonicus prebendatus

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

domum claustralem habens ecclesie nostre seu membris ejusdem obligatam seu oneratam, tenebitur singulis annis successive et immediate se subsequentibus, omni excusatione cessante, ante festum beati Andree apostoli redimere unum modium hereditarium spelte pro XIIII florenis renensibus aut unum dimidium modium spelte pro et mediantibus VII florenis renensibus, prout in nostra computatoria de anno in annum computabuntur et exsolventur, nec a tali redemptione cessabitur donec et quousque ad verum trefundum perventum fuerit, qui quidem modius antiquitus redimi consuevit per decem & septem florenos renenses. Si tamen aliquis dominorum predictorum domum habens, ut predicitur, oneratam, vellet totum et integrum hujusmodi onus ultra trefundum alibi assignare super bonum et bene jacens contrapignus, hujusmodi canonico per presens statutum liberam concedimus facultatem ; volumus tamen quod canonicus hujusmodi reassignationem facere volens primo et personaliter habeat possessionem supradicti contrapignoris. Et ut predicta firmius observentur ex nunc prout ex tunc nostro parvo computatori tenore presentis statuti expresse precipimus et mandamus, quod in antea continue singulis annis futuris de prebenda unuscujusque canonici habentis domum claustralem ut prefertur obligatam tantum teneat in arresto, quod saltem infra annum dicti quatuordecim floreni renenses aut saltem ad minus septem floreni integraliter persolvantur, ad finem quod in suis computationibus plenam possit nobis facere rationem. Volumus etiam quod quicumque canonicus unum modium vel dimidium modium redemerit ante vigiliam Beate Andreae apostoli, liber sit a solutione trecensus illius modii integri vel dimidii modii per eumdem sic redempti. Si autem dictum festum absque redemptione plenaria transire permittat trecensum integrum solvat, prout in nostra ecclesia consuetum existit, volentes ut magni computatores ad premissa habeant oculum et respectum ut fiant. Per presens tamen statutum tollere non intendimus pacta et conventiones specialiter initas circa emptiones et venditiones domorum claustralium quas et que volumus in suo robore permanere et firmitatem obtinere in omnibus et per omnia.

Item nos decanus et capitulum ecclesie Sancti Pauli provida deliberatione considerantes tam ex preteritorum recordatione quam ex presenti manifeste ruine clara et apparenti inspec-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF CALIFORNIA

